me nec me nisi propter te et oẽs in te qui vere amãt te:sicut iubet lex amoris lucens ex te. Est amor velox sincerus/pius/iocundus/et amenus/fortis/patiens/fidelis/prudens/longanimis/virilis/et seipsum nun ꝙ querens. Ubi enim seipsum aliquis querit ibi ab amore cadit. Est amor circunspectus humilis ⁊ rectus nõ mollis/nõ levis/nec vanis intendens rebus sobrius/castus/stabilis/quietus/ ⁊ in cũctis sensibus custoditus. Est amor subiectus et obediens prelatis/sibi vilis et despectus/deo devotus ⁊ gratificus/confidens ⁊ semper sperans in eo etiam cum sibi nõ sapit deus:quia sine dolore non vivitur in amore. Qui non est parat⁹ oĩa pati et ad voluntatẽ stare dilecti: non est dignus amator appellari. Oportet amãtem omnia dura et amara propter dilectum libenter amplecti:nec ob contraria accidentia ab eo deflecti.

¶ De probatione veri amatoris. Capłm.vij.

Fili non es adhuc fortis et prudens amator. Quare dñe:quia propter modicã contrarietatem deficis a ceptis:⁊ nimis avide cõsolationem queris. Fortis amator stat in tentationibus nec callidis credit persuasionibus inimici. Sicut in ꝓsperis ei placeo:ita nec in adversis displiceo. Prudens amator non tam donum amantis cõsiderat: ꝙ dantis amorẽ. Affectum potius attendit ꝙ sensum: ⁊ infra dilectum oĩa data ponit. Nobilis amator non quiescit in dono:sed in me sup oĩe donũ. Nõ est ideo totũ ꝑditũ:si qñq; minus bñ de me vel de sctis meis sentis ꝙ velles. Affectus ille bonus dulcis quẽ interdum ꝑcipis:affectus grẽ presentis ẽ ⁊ qdã ꝓgust⁹ pa

trie celestis: sup q̄ nō nimiū innitendū: qꝛ vadit ꝛ venit. Certare aūt aduersus icidētes malos animi motus suggestionēq; spernere diaboli: insigne est virtutis ꝛ magni meriti. Nō ergo te conturbēt aliene fantasie de quacūq; materia ingeste. Forte serua propositum et intentionē rectā ad deū. Nec est illusio ꝙ aliquando in excessuȝ subito raperis et statim ad ineptias solitas cordis reuerteris. Illas eniȝ inuite magis pateris ꝙ agis: ꝛ ꝙdiu displicēt ꝛ reniteris / meritū est ꝛ nō perditio. Scito ꝙ antiquus īimicus omnino nititur impedire desideriū tuū in bono: ꝛ ab omni deuoto exercitio euacuare: a sanctorū.s. cultu. a pia passionis mee memoria. a peccatorū vtili recordatione. a propriꝭ cordis custodia. ꝛ a firmo ꝓposito ꝓficiendi in virtute. Multas malas cogitatiōes ingerit vt tediū tibi faciat et horrorē: vt ab oratione reuocet ꝛ sacra lectione. Displicet sibi humilis ꝯfessio. ꝛ si posset a cōmunione cessare faceret. Non credas ei neq; cures illum: licet sepius tibi deceptionis tetenderit laqueos. Sibi imputa cum mala ingerit ꝛ īmunda dicito illi. Uade imūde spūs: erubesce miser: valde immundus es tu qui talia infers auribus meis. Discede a me seductor pessime / non habebis in me partem vllam: sed iesus mecū erit tanꝙ bellator fortis. et tu stabis confusus. Malo potius mori et omnem penā subire ꝙ tibi consentire. Tace ꝛ obmutesce: nō audiam te amplius: licet mihi plures moliaris molestias. Dñs illuminatio mea et salus mea quē timebo? Dñs protector vite mee: a quo trepidabo. Si cōsistant aduersum me castra: nō timebit cor meū. Do

minus adiutor meus: ⁊ redemptor meus. Certa tan
ꝙ miles bonus. ⁊ si interdum ex fragilitate corruis:
resume vires fortiores prioribus: confidens de ampli
ori gratia mea: et multum precaue a vana complacē
tia et superbia. Propter hoc multi in errorem ducun
tur et in cecitatem pene incurabilē q̄siq; labūtur. Sit
tibi in cautelā et perpetuam humilitatem ruina hec
superborum: de se stulte presumentium.

¶ De occultanda gratia sub humilitatis custodia.

¶ Capitulum octauum.

f Fili vtilius est tibi ⁊ securius deuotionis gra
tiam abscondere nec in altum te efferre nec
multū inde loqui neq; multū ponderare sed
magis temetipsum despicere: ⁊ tanꝙ indigno datam
timere. Non est huic affectioni tenacius inherendū:
que citius potest mutari in ꝯtrariū. Cogita in gratia
ꝙ miser ⁊ inops ee soles sine gratia. Nec est in eo tm̄
spiritualis vite profectus cū consolationis habueris
gratiā sed cū humiliter ⁊ abnegate patiēterq; tuleris
eius subtractionē ita ꝙ tunc ab orationis studio non
torpeas. nec reliqua opera tua ex vsu facienda oino
dyaboli permittas: sed sicut melius potueris ⁊ intel-
lexeris: libenter qđ in te est facias nec ꝓpter aridita
tem seu anxietatem mentis quā sentis te totaliter ne-
gligas. Multi eni sunt: q̄ cū non bene eis successerit:
statim impatiētes fiunt aut desides. Non ei semp est
in potestate hois via eius: sed dei est dare ⁊ consolari
quando vult ⁊ quantū vult ⁊ cui vult: sicut sibi placu
erit ⁊ nō amplius. Quidā incauti ꝓpter deuotionis
gratiam seipsos destruxerunt: quia plus agere volue

runt ꝙ potuerunt: nō pensantes sue paruitatis mensurā: sed magis cordis affectum sequentes ꝙ ratiōis iudiciū. Et qꝛ maiora presūpserunt ꝙ deo placitū fuit idcirco gratiam cito perdiderunt. Facti sunt inopes et viles relicti: qui in celum posuerunt nidum sibi: vt humiliati et depauperati discant nō in alis suis volare sed sub pennis meis sperare. Qui adhuc noui sūt et imperiti in via dñi nisi consilio discretorū se regāt facilius decipi possunt ꝛ elidi. Qꝛ si suū sentire magis sequi ꝙ alijs exercitatis credere voluntierit eis piculosus exitus: si tñ retrahi a ꝓprio conceptu nō valuerint. Raro sibi ipsis sapientes ab alijs regi humiliter patiūtur. Melius est modicū sapere cum humilitate et parua intelligentia: ꝙ magni sentētiarū thesauri cum vana complacentia. Melius est tibi minus habere: ꝙ multū vnde potes supbire. Nō satis discrete agit qui se totum leticie tradit obliuiscēs pristine inopie sue: et casti timoris domini: qui timet gratiam oblatam amittere. Non etiaꝫ satis virtuose sapit qui tempore aduersitatis ꝛ cuiusꝙ grauitatis nimis desperate se gerit ꝛ minus fidenter de me ꝙ opoꝛtet recogitat ac sentit. Qui tempore pacis nimis securus esse voluerit: sepe tempore belli nimis deiectus ꝛ formidolosus reperiet. Si scires semp humilis ꝛ modicus in te pmanere necnō spiritū tuū bene moderare ac regere: non incideres tā cito in periculū ꝛ offensā. Consiliū bonū est vt feruoris spiritu concepto mediteris qd futurū sit abscedente lumine. Qd dū otigerit recogita ꝛ denuo lucē posse reuerti quā ad cautelam tibi: mihi aūt ad gloriā ad tempus subtraxi. Vtilioꝛ ē

enim sepe talis ꝓbatio ꝙ si semper prospera pro tua haberes volūtate. Nam merita non sunt ex hoc estimanda si quis plures visiones aut consolationes ha beat: vel si peritus sit in scripturis aut in altiori pona tur gradu: sed si vera fuerit humilitate fundatus et diuina caritate repletus: si dei honorem pure ⁊ integre semꝑ querat: si seipm̄ nichil reputet ⁊ in veritate despiciat atq; ab alijs etiā despici ⁊ humiliari magis gaudeat ꝙ honorari.

¶ De vili estimatione suĩpsius in oculis dei.

¶ Capitulum nonum.

Loquor ad dn̄m meū cum sim puluis ⁊ cinis Si me amplius reputauero: ecce tu stas cōtra me: et dicūt testimoniū verū iniq̄tates mee nec possū cōtradicere. Si aūt me vilificauero ⁊ ad nichilū redegero ⁊ ab om̄i ꝓpria reputatione defecero atq; sicut sū puluerisauero: erit michi ꝓpicia grā tua et vicina cordi meo lux tua ⁊ oīs estimatio quātulacū q; minima in valle nichileitatis mee submergetur ⁊ peribit ineternū. Ibi ostendes me: michi q̄d sum. q̄d fui: ⁊ de quo veni: q: nichil: ⁊ nesciui. Si michi relinquor: ecce nichil ⁊ tota infirmitas. Si aūt: subito me respexeris statī; fortis efficior ⁊ nouo repleor gaudio. Et mirū valde ꝙ sic repente subleuor: ⁊ tā benigne a te complector qui ꝓprio pondere semꝑ ad ima feror. Facit hoc amor tuus gratis preueniens me ⁊ in tam multis subueniens necessitatibus: a grauibus quoq; custodiēs me piculis ⁊ ab innūeris [vt vere dicā] eripi ens malis. Me siq̄dē male amādo me ꝑdidi ⁊ te solū q̄rendo ⁊ pure amādo me ⁊ te pariter inueni: atq; ex

amore ꝓfundius ad nichilum me redegi. Quia tu'o dulcissime facis mecū supra meritum omne: ⁊ supra id qđ audeo sperare vel rogare. Benedictus sis deus meus quia licet ego oībus bonis sim indignus: tua tamen nobilitas ⁊ infinita bonitas nunq̄ cessat bene facere etiā ingratis ⁊ lōge a te auersis. Cōuerte nos ad te: vt simus grati/ humiles/ et deuoti: quia salus nostra tu es: virtus ⁊ fortitudo nostra.

¶ Qđ omnia ad deum sicut ad finem vltimum sunt referenda. Cp̄m.x.

Fili ego debeo esse finis tu⁹ supremus ⁊ vltimatus si vere desideras esse beatus. Ex hac intentione purificabit̄ affectus tu⁹ sepius ad seipsū ⁊ ad creaturas male incuruatus. Nā si teip̄m in aliquo queris statī in te deficis ⁊ arescis. Omnia ergo ad me principaliter referas: q̄a ego sum q̄ oīa dedi. Sic singula cōsidera sicut ex sūmo bono manā tia: ⁊ ideo ad me tanq̄ ad suā originē cuncta sūt reducenda. Ex me pusill⁹ ⁊ magnus: paup ⁊ diues tanq̄ ex fonte viuo aquā hauriunt viuā: ⁊ qui michi sponte et libere deseruiūt gratiā ꝓ gratia accipient. Qui autē extra me voluerit gloriari vel in aliquo priuato bono delectari: nō stabilietur in vero gaudio neq͂ in corde suo dilatabit: sed multipliciter impedict̄ ⁊ angustiabit. Nichil ergo tibi de bono ascribere debes nec alicui homini virtutē attribuas: sed totū da deo: sine quo nichil habet homo. Ego totū dedi ego totum rehabere volo: ⁊ cū magna districtione gratiarū actiones requiro. Hec est veritas qua fugatur glorie vanitas. Et si intrauerit celestis gratia: ⁊ vera caritas: non

erit aliqua inuidia:nec contractio cordis: nec priuat⁹ a mor occupabit. Uincit enim omnia diuina caritas: et dilatat omnes anime vires. Si recte sapis: in me solo gaudebis:ī me solo sperabis: quia nemo bonus nisi solus deus: qui est super omnia laudandus ⁊ in omnibus benedicendus.

¶ Qd spreto mundo dulce est seruire deo. Cῆm.xi.

n Unc iterū loquar dn̄e ⁊ non silebo: dicam in auribus dei mei dn̄i mei ⁊ regis mei qui est in excelso. O ꝙ magna mltitudo dulcedinis tue dn̄e quā abscondisti timentibus te. Sed quid est amātibus:q̄d toto corde tibi seruientibus? Uere inef fabilis dulcedo contēplationis tue:quā largiris amā tibus te. In hoc maxime ostēdisti dulcedinē caritatis tue:quia cū non essem:fecisti me. ⁊ cū errarem longe a te: reduxisti me vt seruirē tibi: ⁊ precepisti vt diligā te. O fons amoris perpetui q̄d dicā de te:quomodo potero tui obliuisci q̄ mei dignat⁹ es recordari. Etiā postꝙ contabui ⁊ perij:fecisti vltra oēm spem miseri cordiā cum seruo tuo et vltra omne meritū gratiam et amiciciā exhibuisti. Quid retribuā tibi pro gratia ista? Non ei oibus datū est vt oibus abdicatis seculo renūcient ⁊ monasticam vitam assumant. Nunquid magnū est vt tibi seruiam cui omis creatura seruire tenetur? Non magnū michi videri debet seruire tibi sed potius hoc michi magnū ⁊ admirādum apparet ꝙ tam pauperem ⁊ indignū digneris in seruū recipe ⁊ dilectis seruis tuis adiuuare. Ecce oia tua sunt que habeo ⁊ vnde tibi seruio. Uerūtn̄ viceuersa tu magis michi seruis ꝙ ego tibi. Ecce celum ⁊ terra que in mi

nisterio hominis creasti presto sūt et faciunt quotidie quecunqꝫ mādasti. Et hoc parū est. quinetiā angelos in ministerio hominis creasti et ordinasti. Transcen dit aūt hec omnia quia tuipse seruire homini dignatus es et teipsū daturum ꝓmisisti. Quid dabo tibi ꝓ oībus istis milibus bonis. Utinā possem tibi seruire cunctis diebus vite mee: vtinā vel vno die dignum seruitiū exhibere sufficerem. Uere tu es dignus omī seruitio/omni honore et laude eterna. Uere dn̄s meus es et ego pauper seruus tuus: q̄ totis viribus teneor tibi seruire. nec vnq̄ in laudibus tuis debeo fastidire Sic volo sic desidero et quicquid mihi deest tu digneris supplere. Magnus honor: magna gloria tibi seruire et oīa ꝓpter te contēnere. Habebunt eniꝫ gratiā magnā qui sponte se subiecerunt tue sanctissime seruituti. Inuenient suauissimam sancti spiritus cōsolationē: consequētur magnā cordis libertatem: q̄ arctā pro noīe tuo ingrediūtur viā et oēm mundanā neglexerint curam. O grata et iocunda dei seruitus qua homo veraciter efficit liber et sanctus. O sacer status religiosi famulatus qui hoīem āgelis reddit equalē deo placabilem: demonibus terribilem et cūctis fidelibus cōmendabilem. O amplectendū et semp optandum seruitiū quo sūmum ꝓmeret bonum et gaudiū acquirit sine fine mansurum.

¶ Q̄ō desideria cordis examinanda sūt et moderāda.

¶ Capitulum. xij.

Fili oportet te adhuc multa addiscere que nec dum bene didicisti. Que sūt hec dn̄e? Ut desideriū tuum ponas totaliter secundū bn̄placi

citum meum:⁊ tu ipsius amator non sis:sed mee voluntatis cupid⁹ amator ⁊ emulator. Desideria te sepe accendunt et vehemēter impellunt:sed considera an ꝑpter honorem meum:an ꝑpter tuum commodum magis movearis. Si ego sum in causa bene contentus eris quomodocunqꝫ ordinavero. Si autē de proprio quesitu aliquid latꝫ ecce hoc est quod te impedit ⁊ gravat. Cave ergo ne nimium innitaris super desiderio precōcepto me non consulto ne forte postea peniteat: et displiceat quod primo placuit et quasi pro meliore zelasti. Non enīꝫ omnis affectio que videtur bona statim est sequenda sed nec omnis contraria affectio ad primum fugienda. Expedit interdū refrenatione vt etiā in bonis studijs ⁊ desiderijs:ne ꝑ importunitatē mentis distractionem incurras:ne alijs per indisciplinationē scandalū generes:vel etiā ꝑ resistētiam aliorū subito turberis ⁊ corruas. Interdū vero oportet violentia vti et viriliter appetitui sensitivo contraire: nec advertere quid velit caro:et quid non velit: sꝫ hoc magis satagere vt subiecta sit etiā nolēs spiritui: ⁊ tandiu castigari debet et cogi servituti subesse donec parata sit ad oīa:paucisqꝫ cōtentari discat: et simplicibus delectari:nec contra aliqđ incōveniēs murmurare.

¶ De informatione patientie ⁊ luctamine adversus concupiscentias. Cpm.xiij.

Domine domine deus vt audio patientia est michi valde necessaria:multa enim in hac vita accidunt contraria. Nam qualitercūqꝫ ordinavero de pace mea non potest esse sine bello ⁊ do

lore vita mea. Ita ē fili. Non aūt volo te talē querere pacem q̄ tentationib⁹ careat aut cōtraria non sentiat sed tūc etiā estimare te pacem inuenisse: cū fueris va riis tribulatiōibus exercitatus ꝛ in multis ꝯtrarieta tibus ꝓbatus. Si dixeris te nō multa posse pati: quō tūc sustinebis ignem purgatorij? De duobus malis semper minus malū est eligendum. Ut ergo eterna futura supplicia possis euadere mala p̄sētia studeas ꝓ deo equanimiē tolerare. An putas ꝙ hoīes seculi huius nichil aut parū patiantur? Nec hoc inuenies etiaꝫ si delicatissimos quesieris. Sed habēt [inquis] multas delectationes ꝛ ꝓprias sequūtur voluntates ideoqꝫ paruꝫ ponderant suas tribulationes. Esto ꝙ ita sit vt habeant quicquid voluerint sed q̄ diu putas durabit? Ecce quēadmodum fumus deficient abun dantes in seculo ꝛ nulla erit recordatio preteritorum gaudiorum. Sed cum adhuc viuunt non sine amari tudine ꝛ tedio ac timore in eis quiescunt. Ex eadem nanqꝫ re vnde delectationem concipiunt sibi inde do loris penam frequenter recipiunt. Iuste illis fit. quia inordinate delectationes querunt ꝛ sequūtur nō sine amaritudine et cōfusione eas expleant. O q̄ breues q̄ false: q̄ inordinate et turpes omnes sunt. Uerūtū pre ebrietate ꝛ cecitate non intelligunt: sed velut mu ta animalia ꝓpter modicum corruptibilis vite dele ctamentū mortem anime incurrūt. Tu ergo fili post cōcupiscentias tuas non eas et a voluntate tua auer tere. Delectare in dn̄o et dabit tibi petitiones cordis tui. Et eni si veraciter vis delectari ꝛ abūdātius a me cōsolari ecce in contemptu oim mundanorū ꝛ in ab

cissione oīm infirmarū delectationū erit bn̄dictio tua ꝛ copiosa reddetur tibi consolatio. Et quanto plus te ab omni creaturaꝝ solatio subtraxeris tāto in me suauiores et potentiores consolationes inuenies. Sed primo nō sine quadam tristicia et labore certaminis ad has pertinges. Obsistet inolita consuetudo sꝫ meliori consuetudine deuincetur. Remurmurabit caro sed feruore spiritus refrenabitur. Instigabit te ꝛ exacerbabit serpens antiquus: sed oratione fugabitur insuper ꝛ labore vtili aditus ei magnus obstructur.

¶ De obedientia humilis subditi ad exemplum iesu christi. Capitulū. xiiij.

f Ili qui se subtrahere nititur ab obedientia ipse se subtrahit a gratia. Et qui querit habere priuata amittit cōmunia. Qui non libenter ꝛ sponte suo superiori se subdit: signum est ꝙ caro sua necdum pfecte sibi obedit sed sepe recalcitrat et murmurat. Disce ergo celeriter superiori tuo te submittere si carnē propriā optas subiugare. Citiꝰ nāqꝫ exterior vincitur inimicus si interior homo non fuerit deuastatus. Non est molestior et peior anime hostis ꝙ̄ tu ipse tibi nō bene concordans spiritui. Oportet enim verū te assumere tuiipsius contemptū si vis preualere aduersus carnē et sanguinē. quia adhuc munꝰ inordinate diligis: ideo plene te resignare aliorum voluntati trepidas Sed quid magnum tu qui puluis es ꝛ nihil: si propter deum te subdis homini: quādo ego omnipotens et altissimus qui cūcta creaui ex nihilo me homini propter te subieci humiliter Factus sum oīm humillimus et infimus vt tuā sup

biam mea humilitate vinceres. Disce obtemperare puluis. disce te humiliare terra et limus ꝛ sub oim pedibus incuruare. disce voluntates tuas frangere et ad oiꝫ subiectionē te dare. Exardesce ꝯtra te nec pati aris tumorē in te viuere: sed ita subiectū et paruulū te exhibe vt oēs super te ambulare possint ꝛ sicut lutū plateaꝝ conculcare. Quid habes homo inanis cō queri? Quid sordide peccator potes cōtradicere exprobrantibus tibi qui totiēs deum offendisti: ꝛ totiēs infernum meruisti? Sed pepercit tibi oculus meus qꝛ preciosa fuit aīa tua in cōspectu meo: vt cognosceres dilectionē meā: et gratus semp beneficijs meis existeres: ꝛ ad veram subiectionē ꝫ humilitatem te iugiter dares patiēterqꝫ propriū ꝯtemptū ferres.

¶ De occultis dei iudicijs considerandis ne extollamur in bonis. Capitulū. xv.

Intonas super me iudicia tua dñe. ꝛ timore ac feruore cōcutis oīa ossa mea: et expauescit aīa mea valde. Sto attonitus ꝛ cōsidero quia celi non sunt mundi in conspectu tuo. Si in angelis reperisti prauitatē nec tamē pepercisti: quid fiet de me? Ceciderūt stelle de celo: et ego puluis qd presumo? Quoꝝ opera videbantur laudabilia ceciderunt ad infima. ꝛ qui comedebant panem angelorum: vidi siliquis delectari porcoꝝ. Nulla est ergo sanctitas si manū tuam dñe retrahas. Nulla sapientia prodest si gubernare desistas. Nulla iuuat fortitudo: si conseruare desinas. Nulla secura castitas: si eam non protegas. Nulla propria prodest custodia: si non assit tua sacra vigilantia. Nam relicti mergi-

mur et perimus. visitati vero viuimus et erigimur. Instabiles quippe sumus: sed p te confirmamur. te pescimus sed a te accendimur. O q̄ humiliter ꝛ abiecte mihi de meipso sentiendum est q̄ nihilipendendum si quid boni videoꝛ habere. O q̄ profunde me submittere debeo sub abissalibus iudicijs tuis dñe vbi nihil aliud me esse inuenio q̄ nihil ꝛ nihil. O põdus immensum. o pelagus intrãsnatabile vbi nihil de me reperio q̄ in toto nihil. Ubi ē ergo latebra glorie vbi cõfidentia de gloria cõcepta. Absorpta omnis gloria vana in profunditate iudicioꝛum tuoꝛum sup me. Quid est omnis caro in conspectu tuo? Nũquid gloriabitur lutum contra formantem se? Quomodo potest erigi vaniloquio cuius coꝛ in veritate subiectum est deo. Non eum totus mundus erigeret quē sibi subiecit veritas: nec omnium laudantiũ oꝛe mouebitur qui totam spem suã in deo firmauit. Nam ꝛ ipsi qui loquuntur ecce oēs nihil ꝛ deficient cum sonitu verboꝛum. Ueritas autem dñi manet incternum.

¶ Qualiter standum sit ac dicendum in omni re desiderabili. Capitulum. xvi.

Fili sic dicas in omni re. Dñe si tibi placitum fuerit fiat hoc ita. Dñe si sit honoꝛ tuus fiat in nomine tuo hoc. Dñe si mihi videris expedire ꝛ vtile esse probaueris: tũc da mihi hoc vti ad honoꝛe; tuũ: sed si mihi nociuũ foꝛe cognoueris nec aie mee saluti ꝓdesse aufer a me tale desideriũ. Nõ eni oĩe desideriũ a spũ sancto est etia; si hoi videat rectũ aut bonũ. Difficile est ꝓ vero iudicare an spũs bonꝰ aut alienꝰ te impellat ad desiderãdũ hoc vꝉ illõ

an etiā ex ꝓprio mouearis spiritu. Multi in fine sūt decepti qui primo bono spiritu videbantur inducti Igitur semꝑ cū timore dei et cordis humilitate desiderandum est ⁊ petēdum quicquid desiderabile mēti occurrit. maximeqꝫ cū propria resignatione mihi totū cōmittendū est atqꝫ dicendū. Dñe tu scis qualiter melius est fac hoc vel illud sicut volueris. Da quod vis ⁊ q̄tū vis ⁊ quando vis. Fac mecū sicut scis ⁊ sicut tibi magis placuerit ⁊ maior honor tuus fuerit. Pone me vbi vis ⁊ libere age mecū ī oibus. In manu tua ego sū gira et reuersa me per circuitum. En ego seruus tuus paratus ad oia qm̄ nō desidero mihi viuere sed tibi vtinam digne et perfecte.

¶ Oratio pro bn̄placito dei pficiēdo. Capl̄m. xvii.

Concede mihi benignissime iesu gratiā tuā vt mecū sit ⁊ mecū laboret mecumqꝫ vsqꝫ ī finem pseueret. Da mihi semper desiderare et velle quod tibi magis acceptum ⁊ carius placꝫ Tua voluntas mea sit. ⁊ mea volūtas tuā sequatur semper et optime ei concordet. Sit mihi vnū velle ⁊ nolle tecum nec aliud posse velle aut nolle nisi quod vis et nolis. Da mihi oibꝰ mori q̄ in mūdo sunt ⁊ propter te amare contemni et nesciri in hoc seculo. Da mihi super omnia desiderata in te quiescere. et cor meum in te pacificare. Tu vera pax cordis: tu sola requies: extra te omnia sunt dura et inquieta. In hac pace in idipsum hoc est in te vno sūmo et eterno bono dormiam et requiescam. Amen.

¶ Quod verum solatium in solo deo est querendū. Capitulum octauum

Aliquid desiderare vel cogitare possum ad
q solatiū meū nō hic expecto sed in posterū. Qꝛ
si oīa solatia mūdi solus haberē ⁊ oībus de=
liciīs frui possem: certū est qꝛ diu durare nō possent.
Unū nō poterit aīa mea plene cōsolari nec perfecte re
creari nisi in deo cōsolatore pauperū ⁊ susceptore hu=
milium. Expecta modicū aīa mea expecta diuinum
ꝓmissuz: ⁊ habebis abundantiā oīm bonoꝝ in celo.
Si nimis inordinate ista appetis p̄sentia: perdes eter=
na ⁊ celestia. Sint temporalia in vsu. eterna in deside
rio. Nō potes aliquo bono temporali satiari quia ad
hec fruenda nō es creata. Etiā si omnia bona creata
haberes/nō posses esse felix ⁊ beata sed i deo qui cū=
cta creauit tua beatitudo tua et felicitas consistit. nō
equalis videtur et laudatur a stultis mūdi amatori=
bus s; qualē expectāt boni christi fideles et pregustāt
interdū spūales ac mundi corde quorū cōuersatio est
in celis. Uanū est ⁊ breue oē humanū solatiū. Beatū
et verū solatiū quod intus a veritate percipitur. De
uotus homo vbiqꝫ secū fert consolatorem suū iesum
⁊ dicit ad eū. Adesto mihi dn̄e iesu in oī loco ⁊ tēpore
Hec mihi sit cōsolatio libenter velle carere omni hu
mano solatio. Et si tua defuerit ꝯsolatio sit mihi tua
volūtas ⁊ iusta ꝓbatio pro summo solatio. Nō enim
imperpetuū irasceris necꝫ in eternum cōminaberis.

¶ Quod oīs solicitudo in deo ponēda est. Ca. xix.

Fili sine me tecuz agere qd volo. ego scio qd
f expediat tibi. Tu cogitas vt homo in mul=
tis sentis sicut tibi humanus suadet affect⁹.
Domine veruz est qd dicis. Maior est solicitudo tua

pro me q̄ oīs cura quā ego possum gerere ꝑ me. Ni
mis eniȝ casualiter stat qui nō proijcit omnē sollicitu
dinē suam in te. Dn̄e dūmodo voluntas mea recta ⁊
firma permaneat fac de me quicquid tibi placuerit
Non eniȝ potest esse nisi bonū quicq̄d de me feceris
Si me vis esse in tenebris sis benedictus. ⁊ si me vis
esse in luce iterū sis benedictus. Si me digneris cō=
solari sis benedictus. ⁊ si me vis tribulari eque semꝑ
benedictus. Fili sic oportet te stare si mecū d̄sideras
ambulare. Ita prōptus debes esse ad patiendū sicut
ad gaudendū. Ita libēter debes esse inops ⁊ pauper
sicut plenus ⁊ diues. Dn̄e libēter patiar ꝑ te quicq̄d
volueris venire suꝑ me. Indifferēter volo de manu
tua bonū ⁊ malū: dulce ⁊ amarꝫ: letū ac triste suscipe
re. ⁊ pro oībus michi contingentibus gratias agere.
Custodi me ab omni peccato ⁊ nō timebo mortē nec
infernū dūmodo ineternū non me proijcias nec de=
leas me de libro vite nou michi nocebit quicquid ve=
nerit tribulationis super me.

¶ Quod temporales miserie christi exemplo equa=
nimiter sunt ferende. Capitulū. xx.

Fili ego descēdi de celo pro tua salute: susce
pi tuas miserias nō necessitate sed caritate
trahente vt patientiā disceres: ⁊ tpales mi=
serias non indignanter ferres. Nam ab hora ortus
mei vsqꝫ ad exitum in cruce nō defuit michi toleran
tia doloris. defectū reꝝ tēporaliū magnū habui: mul
tas querimonias de me frequēter audiui/ɔfusiones
⁊ opprobria benigne sustinui: ꝑ bn̄ficijs ingratitudi
nē recepi: ꝑ miraculis blasphemias: ꝑ doctrina re=

prehensiones. Dñe qui fuisti patiens in vita tua ĩ hoc maxime implẽdo p̃ceptũ patris tui dignũ est vt ego misellus peccator secũdum voluntatẽ tuã patienter me sustineã ⁊ donec ip̃e volueris onus corruptibilis vite pro salute mea portẽ. Nã si onerosa sentit̃ p̃sens vita facta ẽ tñ iã p grãm tuã valde meritoria atq₃ exẽplo tuo ⁊ sanctorũ tuorũ vestigijs infirmis tolerabilior ⁊ clarior. s₃ ⁊ multo magis ɔsolatoria q̃ olim ĩ lege veteri fuerat: cũ porta celi clausa persisteret ⁊ obscurior etiã via videbatur: qñ tã pauci regnũ celorũ q̃rere curabãt sed neq₃ q̃ tũc iusti erãt ⁊ saluãdi ante passionẽ tuã ⁊ sacre mortis debitũ celeste regnũ poterãt introire. O quãtas tibi gratias teneor referre q̃ rectam ⁊ bonã viã dignat⁹ es michi ⁊ cũctis fidelib⁹ ad eternũ regnũ tuũ ostẽdere. Nã via tua via nr̃a ⁊ p sanctã patiẽtiã ambulam⁹ ad te qui es corona nr̃a. Nisi tu nos p̃cessisses ⁊ docuisses q̃s sequi curaret. Heu q̃ti longe retroq₃ manerẽt nisi tua p̃clara exẽpla inspicerẽt. Ecce adhuc tepescim⁹ auditis tot signis tuis ⁊ doctrinis: q̃d fieret si tm̃ lumẽ ad sequẽdũ te nõ haberem⁹.

¶ De tolerantia iniuriarum et quis verus patiens probetur. Capitulum. xxi.

Quid est quod loqueris fili? Cessa conqueri. Considera meam et aliorum sanctorum passionem. Nondum vsq₃ ad sanguinem restitisti. Parum est quod tu pateris in comparatione eorum qui tam multa passi sunt tam fortiter temptati: tam grauiter tribulati: tam multipliciter probati ⁊ exercitati. Oportet te igitur aliorũ grauiora ad mentem reducere vt leuius feras tua minima. Et si

tibi minima nō videnť vide ne ⁊ hoc tua faciat ĩpatiē
tia. Siue tamen pua siue magna sint: stude cūcta pa
tienter ferre. Quāto melius te ad patiēdū disponis
tanto sapientius agis ⁊ amplius promereris. ⁊ feres
leuius animo et vsu ad hoc nō segniter paratus. Nec
dicas nō valeo hoc ab homine tali pati: nec huiusce=
modi mihi patienda sunt. graue enim intulit damnū
⁊ improperat mihi que nunq̄ cogitaueram sed ab alio
libenter patiar ⁊ sicut patienda videro. Insipiēs est
talis cogitatio que virtutē patientie nō cōsiderat nec
a quo coronanda erit: sed magis psonas et offensas
sibi illatas perpendit. Nō est verus patiens qui non
vult pati nisi quantū sibi visū fuerit ⁊ a quo sibi pla=
cuerit. Uerus autē patiēs nō attendit a quo homine
vtrū a prelato suo an ab aliquo equali aut inferiori.
vtrū a bono ⁊ sancto viro vel a puerso et indigno ex=
erceatur: sed indifferenter ab oī creatura quātūcūq̄
⁊ quotienscūq̄ ei aliquid aduersi acciderit totū hoc
grauiter de manu dei accipit et ingens lucrū reputat
quia nihil apud deū quantumlibet paruum pro deo
tamē passū poterit sine merito transire. Esto igitur
expeditus ad pugnam si vis habere victoriam. Sine
certamine nō poteris venire ad patientie coronam.
Si pati non vis recusas coronari: si aūt coronari desi=
deras certa viriliter sustine patiēter. Sine labore nō
tēditur ad requiē: nec sine pugna puenit ad victoriā.
Fac mihi dñe possibile per gratiā quod mihi impos
sibile videtur per naturā. Tu scis q̄ modicum pos=
sum pati et q̄ cito deiicior leui exurgente aduersita=
te. Efficiatur mihi quelibet exercitatio tribulatio=

nis pro nomine tuo amabilis ⁊ optabilis. nam pati ⁊ vexari pro te valde salubre est anime mee.

¶ De confessione proprie infirmitatis et huius vite miserijs. Cpm. xxij.

Onfiteor aduersū me iusticiam meā cōfitebor tibi dn̄e infirmitatem meā. Sepe parua res est q̄ me deijcit ⁊ cōtristat. Propono me fortiter actuꝝ: sed cū modica tentatio venerit magna michi fit angustia. Valde vilis quandoqꝫ res est vnde grauis tentatio prouenit et dum puto me aliquantulum tutū cum non sentio inuenio me nōnunq̄ pene deuictuꝫ ex leui flatu. Vide ergo domine humilitatē meā et fragilitatem tibi vndiqꝫ notā. Miserere mei et eripe me de luto vt non infigar non permaneā deuictus vsquequaqꝫ. Hoc est qđ me frequenter reuerberat ⁊ corā te cōfundit ꝙ tam labilis suꝫ ⁊ infirmus ad resistendū passionibus. Et si non omnino ad consensionē trahit tñ michi etiā molesta ⁊ grauis est eoꝝ insectatio ⁊ tedet valde sic quotidie viuere in lite. Ex hinc nota fit michi infirmitas mea q: multo facilius irruunt abhominande semper fantasie q̄ discedunt. Utinaꝫ fortissime deus israel zelator aiarū fidelium respicias serui tui laborem ⁊ dolorem: assistasqꝫ illi in omnibus ad quecunqꝫ perrexerit. Robora me celesti fortitudine neqꝫ vetus homo misera caro spūi necdū plene subiecta valeat dn̄ari aduersꝰ quā certare oportebit q̄diu spirat̄ in hac vita miserrima. Heu qualis est hec vita vbi nō desunt tribulationes ⁊ miserie/ vbi plena laqueis ⁊ hostibus sunt oīa. Nā vna tribulatōe seu tentatione recedente alia accedit sed adhuc prio

re durante cõflictu aliĵ plures supueniũt ⁊ insperate. Et quõ potest amari vita habens tantas amaritudines ⁊ tot subiecta calamitatibus ⁊ miseriĵs. Quomõ etiã dicit vita tot generans mortes et pestes: et tamẽ amat ⁊ delectari i ea a multis querit. Reprehenditur freqnter mũdus q̄ fallax sit ⁊ vanus: nec tñ facile relinquit cũ ꝯcupiscẽtie carnis dñant. Sed alia trahũt ad amandũ: alia ad ꝯtẽnendũ. Trahũt ad amorẽ mũdi desideriũ carnis: desideriũ oculoꝝ: ⁊ supbia vite. sȝ pene ac miserie seqntes ea odiũ mũdi pariũt ⁊ tediũ Sed vincit ꝓh dolor delectatio parua mentẽ mũdo deditã: ⁊ esse sub sensibus delicias reputat: qꝛ dei suauitatẽ ⁊ internã virtutis amenitatẽ nec vidit nec gustauit. Qui aũt mundũ pfecte ꝯtemnũt ⁊ deo viuere sub sancta disciplina student: isti diuinã dulcedinem veris abrenũciatoribus ꝓmissam non ignorant: et q̄ grauiter mundus errat ⁊ varie fallitur vident.

¶ Qđ in deo sup oĩa bona ⁊ dona requiescendũ est.

¶ Capitulum. xxiĵ.

Uper oĩa ⁊ in omĩbus requiesce aĩa mea in dño semp: qꝛ ipse est sanctoꝝ eterna requies Da michi dulcissime ⁊ amãtissime iesu in te sup oẽm creaturã reqescere. sup oẽȝ salutem ⁊ pulcritudinẽ: sup oẽm gloriã et honorẽ sup oẽm potentiã et dignitatẽ: super oẽm sciam ⁊ subtilitatẽ: sup oẽs diuitias ⁊ artes: super oẽm leticiã ⁊ exultationẽ: sup oẽm famã ⁊ laudẽ: sup oẽm suauitatẽ ⁊ consolationẽ: sup oẽm spem ⁊ ꝓmissionẽ: super oẽ meritũ et desideriũ sup oĩa dona ⁊ munera q̄ potes dare ⁊ infũdere: sup omne gaudiũ ⁊ iubilationẽ quam potest mens cape

re ⁊ sentire. Deniqꝫ sup oēs angelos et archangelos et sup oēm exercitū celi: sup oia visibilia ⁊ inuisibilia et super oē quod tu deus meus non es: quia tu deus meus sup oia optimus es. tu solꝰ altissimus. tu solus potentissimus. tu solus sufficientissimꝰ ⁊ plenissimus tu solus suauissimus et solaciosissimus. tu solus pulcerrimus ⁊ amātissimus. tu solus nobilissimus ⁊ gloriosissimus sup oia: in quo cuncta bona simul pfecte sunt/ fuerunt/ ⁊ erūt atqꝫ ideo minus est ⁊ insufficiēs quicq̄d pter teipsū michi donas vt de teipso reuelas vel pmittis te non viso nec plene adepto. Quoniam quidē non potest cor meū veraciter requiescere nec totaliter ꝯtentari nisi in te requiescat: ⁊ oia dona oēmqꝫ creaturam trāscendat. O mi dulcissime sponse iesu xp̄e amator purissime dn̄ator vniuerse creature quis michi det pēnas vere libertatis advolandū ⁊ pausandū in te. O qn̄ ad plenū dabit̄ vacare michi ⁊ videre q̄ suauis es dn̄e deus meus. Quādo ad plenū recolligā me in te vt pre amore tuo non sentiam me: sed te solum sup oēm sensū ⁊ modū in modo non oibus noto? Nunc aūt frequent̄ gemo ⁊ infelicitatem meā cuꝫ dolore porto: qꝛ multa mala in hac valle miseriarum occurrunt q̄ me sepius cōturbant/ cōtristant ⁊ obnubilant: sepius impediunt/ distrahunt/ alliciunt: et implicāt ne liberū habeam accessū ad te/ ne iocūdis fruar amplexibus presto semper beatis spiritibus. Moueat te suspiriū meū: et desolatio multiplex in terra. O iesu splendor eterne glie solamen pegrināntis aīe apud te est os meū sine voce: ⁊ silentiū meū loquit̄ tibi. Usqꝫquo tardat venire dn̄s meus. Ueniat ad me

pauperculũ ſuum ⁊ letũ faciat. Mittat manũ ſuam ⁊ me miſerũ eripiat de omni ãguſtia. Ueni veni quia ſine te nulla erit quieta dies aut hora: quia tu leticia mea: ⁊ ſine te vacua ẽ menſa mea. Miſer ſũ ⁊ quodã modo incarceratus ⁊ cõpedib⁹ grauatus donec luce preſentie tue me reficias ac libertati dones: vultũq amicabilẽ demõſtres. Querant alij ꝓ te aliud qđcũ q libuerit: ⁊ michi aliud interim nil placet nec placebit niſi tu deus meus: ſpes mea ſalus eterna. Nõ reticebo nec depcari ceſſabo donec gratia tua reuertat mihiq intus loquaris. Ecce aſſum. Ecce ego ad te qr inuocaſti me. lacrime tue ⁊ deſideriũ anime tue humiliatio tua ⁊ contritio cordis inclinauerunt me ⁊ adduxerunt ad te. Et dixi dñe inuocaui te/ et deſideraui frui te paratus oĩa reſpuere propter te. Tu eñi prior excitaſti me vt quererem te. Sis ergo bñdictus dñe qui feciſti hanc bonitatem cuȝ ſeruo tuo ſecundum multitudinem miſericordie tue. Quid habet vltra dicere dñe ſeruus tuus coram te niſi vt hũiliet ſe valde ante te memor ſemp ꝓprie iniquitatis ⁊ vilitatis. Nõ eniȝ eſt ſimilis tui in cũctis mirabilibus celi et terre. Sunt opera tua bona valde dñe: iudicia vera ⁊ ꝓuidentia tua regunt vniuerſa. Laus ergo tibi ⁊ gloria o patris ſapientia te laudet et benedicat os meũ/ aĩa mea/ et cuncta creata ſimul.

¶ De recordatione beneficiorum dei multiplicium.
¶ Capitulum. xxiiij.

Aperi dñe cor meũ in lege tua: ⁊ in preceptis
a tuis doce me ambulare. Da michi itelligere
voluntatem tuam: et cum magna reuerẽtia

ac diligenti consideratione beneficia tua tam in generali q̃ in speciali memorari: vt digne tibi exhic valeã gratias referre. Sed scio ꝛ confiteor nec ꝑ minimo puncto me posse debitas gratiaꝝ laudes persoluere. Minor ego sum oībus bonis michi prestitis: ꝛ cũ tuã nobilitatem attendo: deficit pre magnitudine illius spiritus meus. Omnia que in anima habemus et in corpore ꝛ quecunq; exterius vel interius naturaliter vel supernaturaliter possidemus: tua sunt beneficia: et te benefactorem piũ ac bonum commẽdat: a quo bona cuncta accepimus. Et si alius plura: alius pauciora accepit: omnia tñ tua sũt: et sine te nec minimũ haberi potest. Ille qui maiora accepit nõ potest merito suo gloriari nec super alios extolli nec minori insultare: quia ille maior ꝛ melior qui sibi minus ascribit et in regratiãdo humilior est atq; deuotior. Et qui oībus viliorẽ se existimat ꝛ indigniorẽ se iudicat aptior est ad ꝑcipiendũ maiora. Qui autẽ pauciora accepit contristari nõ debet: nec indignãter ferre neq; ditiori inuidere: sed te potius attendere: ꝛ tuam bonitatem maxime laudare: q̃ tã affluenter tã gratis tã libẽter sine personaꝝ acceptione tua munera largiris. Oīa ex te/et ideo in omnibus es laudãdus. Tu scis quid vnicuiq; donari expediat: et cur iste minus ꝛ ille amplius habeat: non nostrum s; tuũ est hoc discernere: apud quem singulorũ diffinita sunt merita. Unde dñe deus ꝑ magno etiã reputo bñficio nõ multa habere vnde exterius ꝛ ſm hoïes laus ꝛ gloria appeat: ita vt quis cõsiderata paupertate et vilitate persone sue nõ modo grauitatẽ aut tristiciã vel deiectionem inde cõ

cipiat: sed potius consolationē ꝛ hilaritatē magnam quia tu deus pauperes ꝛ humiles: atq; huic mundo despectos tibi elegisti in familiares ꝛ domesticos. Testes sūt ipsi apostoli quos principes super oēm terrā cōstituisti: fuerunt tñ sine querela cōuersati in mūdo taz humiles ꝛ simplices sine oī malicia ꝛ dolo: vt etiā pati cōtumelias gauderent ꝓ nomine tuo ꝛ que mūdus abhorret ipsi amplecterent affectu magno. Nichil ergo amatorem tuū ꝛ cognitorē beneficiorꝫ tuorꝫ ita letificare debet sicut voluntas tua in eo ꝛ bñplacitum eterne dispositionis tue: de qua tantū contētari debet et consolari: vt ita libenter velit esse minimus sicut aliquis optaret esse maximus: et ita pacificus ꝛ cōtentus in nouissimo sicut in loco primo: atq; ita libenter despicabilis ꝛ abiectus nullius quoq; nois et fame: sicut ceteris honorabilior ꝛ maior in mūdo. Nā volūtas tua ꝛ amor honoris tui oīa excedere debet et plus eum consolari magisq; placere ꝙ oīa beneficia sibi data vel danda.

¶ De quattuor magnā importātibus pacē. Cp̄z. xxv.

f Ili nunc docebo te viam pacis ꝛ vere libertatis. Fac dñe quod dicis: q̄a hoc michi gratum est audire. Stude fili alterius potius facere volūtatem ꝙ tuā. Elige semꝑ minus ꝙ plus habere. Quere semper inferiorē locum ꝛ oībus subesse Opta semper ꝛ ora vt voluntas dei integre in te fiat. Ecce talis homo ingredit fines pacis ꝛ quietis. Domine sermo tuus iste breuis multū in se cōtinet perfectionis. paruus est dictu: sed plen⁹ sensu ꝛ vber in fructu. Nam si posset a me fideliter custodiri: non debe-

ret tam facilis in me turbatio oriri: naz quotiens me impacatū sentio ꝛ grauatū ab hac doctrina me recessisse inuenio. Sed tu qui oia potes et anime ꝓfectuz semper diligis: adauge maiorē gratiam vt possiz tuū complere sermonem et meā perficere salutem.

¶ Oratio contra cogitationes malas. Capm. xxvi.

D Omine deus meus ne elongeris a me. deus meus in auxiliū meum respice. quoniā insurrexerūt in me cogitationes vane: et timores magni affligentes aiam meā. Quō ptrāsibo illesus quō pfringā eam? Ego inquit ante te ibo ꝛ gloriosos terre humiliabo. aperiā ianuam carceris: ꝛ archana secretorum reuelabo tibi. Fac dn̄e vt loq̄ris ꝛ fugiāt a facie tua omnes inique cogitationes. Hec est spes ꝛ vnica consolatio mea ad te in omni tribulatone confugere: tibi confidere: ex intimo inuocare ꝛ patienter consolationem tuam expectare.

¶ Oratio ꝓ illuiatiōe mentis deuotissia. Capm. xxviij.

C Larifica me bōe iesu claritate eēni luminis et educ de hītaculo cordis mei tenebras vniuersas. Cohibe euagationes multas ꝛ elide vim faciētes tentatiōes. Pugna fortiter ꝓ me et expugna malas bestias: ꝯcupiscētias dico illecebrosas: vt fiat pax i ꝟtute tua ꝛ abūdātia laudis tue resonet in aula sancta: hoc ē in ꝯscia pura. Impera ventis et tēpestatibꝰ. dic mari quiesce. dic aq̄loni ne flaueris: ꝛ erit tranq̄llitas magna. Emitte lucē tuā ꝛ ꝟitatē tuā vt luceat sup terrā: q: terra sū inanis et vacua donec illumies me. Effūde grāz tuā desup: pfūde cor meū grā celesti: ministra deuotionis aquas ad irrigandaz

faciem terre ad producendū fructum bonū ꝛ optimū. Eleua mentē pressam mole peccatorū: et ad celestia totū desiderium meū suspende: vt gustata suauitate superne felicitatis pigeat de terrenis cogitare. Rape me ꝛ eripe ab omni creaturarū indurabili consolatione: quia nulla res creata appetitum meum plenarie valet quietare ꝛ consolari. Junge me tibi inseparabili dilectionis vinculo: quoniā tu solus amanti sufficis: et absq͂ te friuola sunt vniuersa.

¶ De euitatione curiose inquisitionis super alterius vita. Cpm.xxviij.

f Jli noli esse curiosus: nec vacuas gerere sollicitudines. Quid hoc vel istud ad te? tu me sequere. Quid eni ad te: vtrū ille sit talis vel talis: aut iste sic agit vel loquit? Tu nō indiges respōdere p alijs: sed p teipso rationē reddes. Quid ḡ te implicas? Ecce ego oēs cognosco ꝛ cuncta q̄ sub sole fiunt video ꝛ scio q̄liter cū vnoq̄q͂ sit. quid cogitet: qd velit et ad quē finem tendat eius intentio. Michi igr̄ cōmittenda sunt oīa: tu vero serua te in bona pace ꝛ dimitte agitantem agitare quantū voluerit. Ueniet super eum quicquid fecerit vel dixerit: q̄a me fallere non potest. Non sit tibi cure de magni noīs vmbra ꝛ non de multorum familiaritate nec de priuata hoīm dilectione. Jsta eni generant distractiōes ꝛ magnas in corde obscuritates. Libenter loquere tibi verbum meū ꝛ abscōdita reuelarē: si aduentū meū diligenter obseruares ꝛ ostiū cordis michi aperires. Esto puid⁹ et vigila in orationibus et humilia te in omnibus.

¶ Jn q̄bus firma pax cordis et verus pfectus cōsistit

Capitulum.xxix.

Ili ego locutus sum. Pacē relinquo vobis
F pacē meā do vobis. nō quō mūdus dat ego
do vobis. pacē oēs desiderant: sed q̄ ad ve-
ram pacē ptinēt nō oēs curāt. Pax mea cū humilib9
et mansuetis corde. Pax tuā erit in multa patientia
Si me audieris ⁊ vocē meā secutus fueris poteris
multa pace frui. Quid igitur faciā? In omni re attē
de tibi quid facias ⁊ quid dicas: ⁊ oēz intentionē tuā
ad hoc dirige vt mihi soli placeas: ⁊ extra me nihil cu
pias vel queras: sz et de aliorum dictis vel factis nil
temere iudices: nec cū rebus tibi nō cōmissis te im-
plices. ⁊ poterit fieri vt parū vel raro turberis. Nun
q̄ autē sentire aliquā turbationē nec pati aliquā cor
dis vel corporis molestiā non est presentis temporis
sed status eterne quietis. Nō ergo estimes te veram
pacē īuenisse si nullā senseris grauitatē: nec tūc totū
esse bonū si nemīnē pateris aduersariū. nec hoc esse
perfectū si cūcta fiunt secundū tuū affectū. neq3 tunc
aliquid magni te reputes/aut specialiter dilectū esti-
mes si in magna fueris deuotione atq3 dulcedine. qr
in istis nō cognoscitur verus amator virtutis: nec in
istis consistit profectus et perfectio hominis. In quo
ergo dn̄e? In offerēdo te ex toto corde tuo voluntati
diuine nō querendo que tua sunt nec in paruo nec ī
magno: nec in tempore: nec in eternitate ita vt in vna
equali facie in gratiarū actione permaneas inter p-
spera ⁊ cōtraria: oīa equa lance pensando. Si fueris
tam fortis et longanimis in spe vt subtracta interio-
ri consolatione etiā ad ampliora sustinenda cor tuū

ꝓparaueris:nec te iustificaueris ⁊ sctū̄ laudaueris tūc ī vͣa ⁊ recta via pacis ābulas:⁊ spes ī dubitata erit ꝙ rursꝰ ī iubilo faciē meā sis visurꝰ. Qd̄ si ad plenū tuī ipsius cōtemptū ꝑueneris:scito ꝙ tūc abūdantia pacis ꝑfrueris scd̄m possibilitatē tui incolatus.

¶ De eminētia libere mētis : ⁊ ꝙ supplex oratio magis meretur ꝗ̄ lectio. Capitulū.xxx.

Domine hoc opus est perfecti viri nūꝗ̄ ab intentione celestiū animū relaxare ⁊ inter multas curas quasi sine cura transire: non more torpentis:sed prerogatiua quadam libere mētis nulli creature inordinata affectione adherendo. Obsecro te piissime deus meus preserua me a curis huius vite ne nimis implicer a multis necessitatibꝰ corporis ne voluptate capiar ab vniuersis anime obstaculis:ne molestijs fractus deijciar. nō dico ab his rebus quas toto affectu ambit vanitas mundana: sed ab his miserijs q̄ animā serui tui cōmuni maledicto mortalitatis penaliter grauant et retardant in libertatem spiritus quotiens libuerit valeat introire. O deus meus dulcedo ineffabilis verte michi in amaritudinem omnem cosolationē carnalem:ab eternorum amore me abstrahentē: ⁊ ad se intuitu cuiusdaꝫ boni delectabilis presentis male allicientē. Non me vincat deus meus non vincat caro ⁊ sanguis:nō me decipiat mūdus ⁊ breuis gloria eius. nō me supplantet diabolus ⁊ astutia illius. Da michi fortitudinem resistendi/patientiā tolerandi: cōstantiā perseuerandi. Da pro oībus mundi cōsolationibus suauissimaꝫ spūs tui vnctionē:⁊ ꝓ carnali amore tui noīs infun=

de amorē. Ecce cibus potus vestis ac cetera vtensilia ad corporis sustētaculū ptinentia feruēti spiritui sūt onerosa. Tribue talibus fomētis temperate vti non desiderio nimio implicari. Abijcere omnia nō licet: q2 natura sustentāda est: requirere aūt superflua ⁊ q̄ magis delectant: lex sancta prohibet. nam alias caro aduersus spiritū insolesceret. Inter hec queso man9 tua me regat ⁊ doceat ne quid nimiū fiat.

¶ Quod priuatus amor a summo bono maxime retardat. Capitulum. xxxi.

Fili oportet te dare totū pro toto ⁊ nichil tui ipsius esse. Scito q2 amor tui ipsius magis nocet tibi q̄ aliqua res mundi. Secundum amorē ⁊ affectū quē geris quelibet res plus vel minus adheret. Si fuerit amor purus tuus simplex et bñ ordinatus: eris sine captiuitate rex. Noli cōcupiscere qđ nō licet habere. Noli hr̄e qđ te pōt īpedire ⁊ libertate interiori priuare. Mirx q2 nō ex toto fūdo cordis teipsuz michi cōmittis cū oibus q̄ desiderare potes vel habere. Quare vano merore cōsumeris? Cur superfluis curis fatigaris? Sta ad beneplacitū meū ⁊ nullū patieris detrimentū. Si queris hoc vel illud ⁊ volueris esse ibi vł ibi propter tuū cōmodū et ꝓpriū bñplacitū mag9 habēdū: nūq̄ eris in q̄etudine nec liber a solicitudine: q2 in oī re reperiet aliq̄s defectus: ⁊ in oī loco erit qui aduerset. Iuuat igit nō q̄libet res adepta vel multiplicata exteri9: sed potius ꝯtempta ⁊ decisa ex corde radicit9. Qđ nō tātum de cēsu eris ⁊ diuitiax intelligas: sed de honoris etiā ābitu ac vane laudationis desiderio que oīa trāseūt cū

mundo. Munit parum locus si deest spirit⁹ feuoris. Nec diu stabit pax illa quesita forinsec⁹: si vacat a vero fundamēto status cordis. hoc est nisi steteris ī me. permutare te potes sed nō meliorare. Nā occasione orta ⁊ accepta inuenies qd fugisti ⁊ amplius.

¶ Orō p purgatiōe cordis ⁊ celesti sapiētia. Ca. xxvij.

Confirma me deus per gratiā sancti spiritus da virtutem corroborari in interiori homine ⁊ cor meum ab omni inutili solicitudine ⁊ angore euacuare: nec varijs desiderijs trahi cuiuscunq rei vilis aut preciose: sed oīa inspicere sicut [illegible] transeuntia ⁊ me pariter cū illis transiturū. quia nihil permanēs sub sole nisi omnia vanitas et afflictio spirit⁹ O q̄ sapiens qui ita considerat. Da mihi dn̄e celestē sapientiā vt discam te super omnia querere ⁊ iuenire super omnia sapere ⁊ diligere / et cetera secundū ordinem sapientie tue prout sunt intelligere. da prudenter declinare blandientem: et patienter ferre aduersantem. quia hec magna sapientia nō moueri omni vento verborū: nec autem male blandienti prebere syreni: sic enim incepta pergitur via secure.

¶ Contra linguas obtrectatorū Caplm. xxviij.

Fili nō egre feras si quidā de te male senserint et dixerint quod nō libēter audias. Tu deteriora de teipō sentire debes: ⁊ neminē infirmiorem te credere. Si ambulas ab intra: nō multum ponderabis volantia verba. Est non parua prudentia silere in tempore malo et introrsus ad me cōuerti nec humano iudicio disturbari. non sit pax tua in corde hominū siue eni bene siue male īterpietati

fuerit non es igitur alter homo. Ubi est vera pax et vera gloria? Nōne in me? Et qui nō appetit hominibus placere nec displicere timet: multa perfruet pace. Ex inordinato amore ꝛ vano timore oritur oīs inquietudo cordis et distractio sensuum.

¶ Qualiter instante tribulatione deus inuocandus est et benedicendus. Capitulū. xxxiiij.

Sit nomē tuū dn̄e benedictū in secula: qui voluisti hanc tentationē ꝛ tribulationē venire super me. Non possum eā effugere: sed necesse habeo ad te confugere vt me adiuues et in bonum michi cōuertas. Dn̄e modo sum in tribulatione et non est cordi meo bene: sed multū vexor a presenti passione. Et nūc pater dilecte quid dicam? Deprehensus sum inter angustias: saluifica me ex hora hac. Si propterea veni in hanc horam vt tu clarificeris cum fuero valde humiliatus et per te liberatus. Complaceat tibi dn̄e vt eruas me: nam ego pauper quid agere possum: ꝛ quo ibo sine te? Da patiētiam dn̄e etiā hac vice. Adiuua me deus meus ꝛ nō timebo quantūcūqꝫ grauatus fuero. Et nūc inter hec ꝗd dicā? Domine fiat voluntas tua. Ego bene merui tribulari ꝛ grauari. Oportet vtiqꝫ vt sustineam. ꝛ vtinā patienter: donec transeat tēpestas ꝛ melius fiat. Potens est aūt oīpotens manus tua etiā hāc tentationē a me auferre et eius impetū mitigare: ne penitꝰ succumbā queadmodū et priꝰ sepe egisti mecū deꝰ meꝰ misericordia mea. Et quāto michi difficilius: tanto tibi facilior est hec mutatio dextre excelsi.

¶ De diuino petendo auxilio et confidentia recupe

tande gratie. Capitulū.xxxvi.

Illi ego dn̄s cōfortans in die tribulationis.

f Uenias ad me cū tibi nō fuerit bene. Hoc ē qđ maxime impedit ɔsolationē celestē quia tardius ɔuertis te ad orationē. Nā anteq̄ me intēte roges: multa interī solatia queris: ⁊ recreas te in externis. Ideoq̄ fit vt parū oīa ꝓsint donec auertas q: ego sum qui eruo sperātes in me: nec est extra me valēs ɔsilium neq̄ vtile: sed neq̄ durabile remediū. Sed iā resumpto spiritu post tēpestatē recōualesce in luce miserationū meaꝝ q: prope sū (dicit dn̄s) vt restaurē vniuersa: nō solū integre sed et abūdanter ⁊ cumulate. Nunqd michi quicq̄ est difficile: aut ero similis dicenti ⁊ nō facienti? Ubi est fides tua. Sta firmiter et perseueranter. Esto longanimis ⁊ vir fortis veniet tibi cōsolatio in tempore suo. Expecta me expecta: veniā et curabo te. Temptatio est que te vexat et formido vana que te exterret. Quid importat sollicitudo de futuris contingentibus: nisi vt tristitiam super tristitiā habeas. Sufficit diei malicia sua. Uanum est ⁊ inutile de futuris cōturbari vel gratulari que forte nunq̄ euenient. Sed humanum est huiusmodi imaginationibus illudi: ⁊ parui adhuc animi signum tā leuiter trahi a suggestione inimici. Ipse enī nō curat an veris an falsis illudat ⁊ decipiat: ⁊ vtꝝ presentiū amore aut futurorū formidine prosternat. Non ergo turbetur cor tuū neq̄ formidet. Crede in me ⁊ in misericordia mea habeto fiduciā. Quādo tu te elōgatū estimas a me: sepe sū ꝓpinquior. Quādo tu estimas totū perditum: tunc sepē magis merendi

sibi utile ⁊ cõmodũ sit: sed qd multis proficiat magis cõsiderat. Natura libenter honorē ⁊ reuerentiā accipit. Gratia vero omnē honorē ⁊ gloriam deo fideliter attribuit. Natura cõfusionē timet ⁊ ꝯtemptũ. Gratia aũt gaudet ꝓ noīe iesu ꝯtumeliā pati. Natura ociuꝫ amat ⁊ quietē corporalē. Gratia aũt vacua esse non potest: sed libenter amplectiť laborē. Natura querit curiosa habere et pulcra: et abhorret vilia et grossa. Gratia vero simplicibus delectatur et humilibꝰ: aspera nõ aspernatur nec vetustis refugit indui pannis. Natura respicit tēporalia/ gaudet ad lucra terrena/ tristatur de damno/ irritatur leui iniurie verbo. Sed gratia attēdit eterna. nõ inheret tēporalibus. nec in ꝑditione rerũ turbať. neqꝫ verbis durioribꝰ acerbať. quia thesauꝝ suũ ⁊ gaudiũ in celo vbi nil perit cõstituit. Natura cupida est et libentius accipit ꝙ donat: amat ꝓpria ⁊ priuata. Gratia aũt pia est ⁊ communis vitat singularia. cõtentatur paucis. beatius iudicat dare ꝙ accipere. Natura īclinat ad creaturas ad carnem propriā ad vanitatem et discursus. Sed gratia trahit ad deum ⁊ virtutes. renunctiat creaturis. fugit mundũ. odit carnis desideria. restringit euagatiõēs. erubescit in publico apparere. Natura libēter aliqd solatium habet externũ in quo delectetur ad sensum. Sed gratia in solo deo querit consolari: ⁊ in summo bono super omnia visibilia delectari. Natura totum agit propter lucrũ ⁊ cõmodũ propriũ: nichil gratis facere põt: sed aut equale aut melius aut laudeꝫ vel fauorem pro beneficijs cõsequi sperat. et multũ ponderari sua gesta et dona concupiscit. Gratia vero nil

temporale querit nec aliud premiū ꝙ deum solū pro mercede postulat: nec amplius de tēporalib⁹ necessa rijs desiderat nisi quātū hec sibi ad assecutionē eter‍noꝝ valeāt deseruire. Natura gaudet de amicis mul tis ꝛ propinquis: gloriatur de nobili loco ꝛ ortu gene ris: arridet potētibus: blāditur diuitibus: applaudit sibi similibus. Gratia autē ꝛ inimicos diligit: nec de amicoꝝ turba extollit: nec locū nec ortum natalium reputat nisi virtus maior ibi fuerit: fauet magis pau‍peri ꝙ diuiti / cōpatitur plus innocēti ꝙ potenti / con gaudet veraci nō fallaci / exhortatur semꝑ bonos me liora carismata emulari ꝛ filio dei per virtutes assimi lari. Natura de defectu ꝛ molestia cito conqueritur. Gratia constanter fert inopiam. Natura omnia ad se reflectit / pro se certat et arguit. Gratia autem ad de‍um cuncta reducit vnde originaliter emanat: nichil boni sibi ascribit: nec arroganter presumit / non con‍tendit nec suam sentētiam alijs prefert: sed in omni sensu et intellectu eterne sapientie ac diuino exami‍ni se submittit. Natura appetit scire: et noua secreta audire / vult exterius apparere et multa ꝑ sensus ex periri. desiderat agnosci ꝛ agere vñ laus ꝛ admiratio ꝓcedit. Sed gratia non curat noua nec curiosa per‍cipere: quia totum hoc de vetustate corruptionis est ortū cū nichil nouū durabile sit super terram. Docet itaqꝫ sensus restringere vanā ꝯplacentiam ꝛ ostenta tionem deuitare: laudāda ꝛ digne mirāda humiliter abscōdere: ꝛ de omni re ꝛ de omni scientia vtilitatis fructum atqꝫ dei laudem et honorem querere. Non vult se nec sua predicari: sed deū in donis suis optat

benedici/ qui cuncta ex mera caritate largitur. Hec
gratia supnaturale lumē/ ꝛ quoddā dei speciale do=
num est et proprie electoꝝ signaculū et pignus salu
tis eterne/que hoiem de terrenis ad celestia amāda
sustulit ꝛ de carnali spiritualem efficit. Quanto igit
natura amplius premit et vincitur tanto maior gra=
tia infunditur et quotidie nouis visitationibus inte
rior homo secundū imaginem dei reformatur.

¶ De corruptiōe nature ꝛ efficatia grē diuine. Ca.lx.

Domine deus meus qui me creasti ad imagi
nem ꝛ similitudinē tuā ꝯcede michi hāc gra
tiā quā ostēdisti michi tam magnam ꝛ neces
sariā ad salutē: vt vincā pessimam naturā meam tra
hentē ad peccata ꝛ in perditionē. Sentio enim in car
ne mea legē peccati ꝯtradicentem legi mētis mee ꝛ
captiuum me ducentē ad obediēdum sensualitati in
multis: nec possum resistere passionibꝰ eius nisi assi=
stat tua sanctissima gratia cordi meo ardenter infu
sa. Opus est gratia tua: et magna gratia vt vinca=
tur natura ad malum semper prona ab adolescentia
sua. Nam per primū hominē adā lapsa ꝛ viciata per
peccatū in omnes homīes pena huius macule descē
dit. vt ipsa natura que bona et recta a te condita fu=
it/pro vitio iam et infirmitate corrupte nature pona
tur: eo ꝙ motus eius sibi relictus ad malū et inferi=
ora trahat. Nam modica vis que remansit est tan=
ꝙ scintilla quedā latens in cinere. Hec est ipa ratio
naturalis circumfusa magna caligine adhuc iudi=
cium habens boni et mali: veri falsiq; distantiam: li=
cet impotēs sit adimplere omne quod approbat: nec

pleno iam lumine veritatis:nec suauitate affectionũ suarum potiatur.Hinc est deus meus q condelector legi tue scdm interiorẽ hoiem sciens mandatũ tuum fore bonum iustũ et sanctum: arguens etiã oẽ maluz et peccatũ fugiẽdum:carne aũt seruio legi peccati dũ magis sensualitati obedio q̃ rationi.Hinc est q velle bonum michi adiacet:pficere aũt non inuenio. Hinc sepe multa bona ppono:sed q̃a gratia deest ad adiu uandũ infirmitatem meam ex leui resistentia resilio et deficio.Hinc accidit q viam perfectionis agnosco et qualiter agere debeam clare satis video s3 proprie corruptionis pondere pressus ad perfectiora non as- surgo.O q̃ maxime est michi necessaria dñe gratia tua:ad inchoandũ bonum:ad pficiendũ:et ad pficien dum.Nam sine ea nichil possum facere:omnia autẽ possum in te:cõfortãte me gratia.O vere celestis gra tia/sine qua nulla sunt ppria merita:nulla q̃cq3 dona nature põderanda.Nichil artes:nichil diuitie:nichil pulcritudo vel fortitudo:nichil ingenium vel eloquẽ tia valent apud te domine sine gratia.Nam dona na ture bonis et malis sunt cõmunia.electoR autẽ ppriũ donum est gratia siue dilectio qua insigniti digni ha bent vita eterna.Tantum eminet hec gratia:vt nec donũ pphetie:nec signoR operatio: nec quantalibet alta speculatio aliq̃d estimet sine ea.Sed necq3 fides: necq3 spes:necq3 alie virtutes tibi accepte sunt sine ca ritate et gratia.O beatissima gratia q̃ pauperem spũ v'tutibus diuitẽ facis et diuitẽ multis bonis humilẽ corde reddis. Ueni descende ad me: reple me mane cõsolatione tua: ne deficiat pre lassitudine et ariditate

mentis anima mea. Obsecro domine vt inueniã gratiam in oculis tuis: sufficit enim michi gratia tua ceteris non obtentis que desiderat natura. Si fuero tẽtatus ꝛ vexatus tribulationibus multis non timebo mala dum mecum fuerit gratia tua. Ipsa fortitudo mea ipsa consiliũ confert et auxilium. Cunctis hostibus potentior est: et sapientior vniuersis sapientibus Magistra est veritatis. doctrix discipline. lumẽ cordis solamen pressure. fugatrix tristicie. ablatrix timoris. nutrix deuotionis. productrix lacrimarum. Quid sũ sine ea nisi aridum lignũ ꝛ stips inutilis ad eiiciendũ Tua ergo me dñe gratia semper preueniat ꝛ sequatᷓ ac bonis operibus iugiter p̃stet esse intentũ per iesũ christum filium tuum. Amen.

¶ Quõ nosipsos abnegare: et christũ imitari debem⁹ per crucem. ¶ Capitulum. lxi.

Fili quantũ a te vales: tantum in me poteris transire. Sicut nichil foris cõcupiscẽ internã pacem facit: sic se interius relinquere deo cõiungit. Uolo te addiscere perfectam abnegationem tui in voluntate mea sine contradictione et querela. Sequere me ego sũ via veritas ꝛ vita. Sine via non itur. sine ꝟitate nõ cognoscitᷓ. sine vita nõ viuitᷓ. Ego sũ via quã sequi debes. ꝟitas cui credere debes. vita quã sperare debes. Ego sũ via inuiolabilis. veritas infallibilis. vita interminabilis. Ego sũ via rectissima. veritas suprema. vita ꝟa. vita beata. vita increata. Si mãseris in via mea cognosces veritatẽ: ꝛ ꝟitas liberabit te et apprehendes vitam eternã. Si vis ad vitam ingredi serua mãdata. Si vis ꝟitatẽ cognoscere cre-

de michi. Si vis perfectus esse: vende omnia. Si vis esse discipulus meus: abnega temetipm. Si vis beatā vitam possidere: presentē vitam contēne. Si vis exaltari in celo: humilia te in mundo. Si vis regnare mecum: porta crucem mecū. Soli enim serui crucis inueniunt viam beatitudinis et vere lucis. Dñe iesu christe: quia arta est via tua et mundo despecta dona michi tecū mundi despectuȝ imitari. Non eni maior est seruus domino: nec discipulus supra magistrum Exerceaẜ seruus tuus in vita tua. q2 ibi est salus mea et sanctitas vera. Quicqd extra eam lego vel audio non me recreat: nec delectat plene. Fili quia hec scis ⁊ legisti oia beat⁹ eris si feceris ea. Qui habet mādata mea et seruat ea: ipse est q diligit me: ⁊ ego diligā eum ⁊ manifestabo ei meipm et faciam eū cōsedere mecū in regno patris mei. Dñe igitur sicut dixisti et ꝓmisisti: sic vtiqȝ michi ꝓmereri contingat. Suscepi de manu tua crucē: portabo eā vsqȝ ad mortem sicut imposuisti michi. Vere vita boni monachi crux est: sȝ dux paradisi inceptum est: retro abire nō licet nec relinquere oportet. Eya frater pergamus simul. iesus erit nobiscum: ꝓpter iesum suscepimus hanc crucē: propter iesum perseueremus in cruce. Erit adiutor noster qui est dux noster et precessor. En rex noster ingrediẜ ante nos qui pugnabit ꝓ nobis. Sequamur viriliter nemo metuat terrores: simus parati mori fortiter in bello: nec inferamus crimen glorie nostre vt fugiamus a cruce.

¶ Q̄d homo nō sit nimis delectus quādo in aliquos labitur defectus. ¶ Capitulum. lxij.

Fili magis placent michi patientia ꝛ humili=
f tas in aduersis ꝙ multa cõsolatio ꝛ deuotio
in ꝓsperis. Ut quid te contristat paruum fa
ctum contra te dictum? Si amplius fuisset cõmoueri
non debuisses. sed nũc dimitte trãsire: non est primũ
nec nouũ: nec vltimũ erit si diu vixeris. Satis virilis
es ꝙdiu nil obuiat aduersi. bene etiam consulis: et a
lios nosti roborare verbis. sed cum ad ianuam tuam
venit repentina tribulatio deficis consilio et robore.
Attẽde magnã fragilitatem tuam quã sepius expe=
riris in modicis obiectis. Tamen pro salute tua ista
fiunt: cum hec ꝛ similia cõtingunt. Pone vt melius
nosti ex corde: ꝛ si te tetigit nõ tamen deiiciat nec diu
implicet. Ad minus sustine patienter: si non potes gau
denter. Etiã si minus libenter audis et indignatiõe;
sentis. Reprime te: nec patiaris aliquid inordiatum
ex ore tuo exire vnde paruuli scandalizentur. Cito cõ
quiescet commotio excitata: et dolor interius reuer=
tente gratia dulcorabitur. Adhuc viuo ego dicit dñs
iuuare te paratus et solito amplius consolari: si con=
fisus fueris michi ꝛ deuote inuocaueris. Animi equor
esto ꝛ ad maiorem sustinentiã accigere. Non est totũ
frustratũ: si te sepius percipis tribulatũ vel grauiter
tentatũ. Homo es ꝛ nõ deus: caro es ꝛ non angelus.
Quõ tu posses semꝑ in eodẽ statu virtutis ꝑmanere
quando hoc defuit angelo in celo: ꝛ primo hoĩ in pa=
radiso: qui non diu steterũt? Ego sum qui merentes
erigo sospitate: et suã cognoscentes infirmitatem ad
meam ꝓueho diuinitatẽ. Domine benedictũ sit ver
bum tuũ: dulce super mel ꝛ fauũ ori meo. Quid face

rem in tantis tribulationibus et angustijs meis nisi me confortares tuis sanctis sermonibus? Dūmodo tandē ad portum salutis puenīā: quid cure est: que et quāta passus fuero? Da finem bonū: da felicē ex hoc mundo transitū. Memento mei deus meus ⁊ dirige me recto itinere in regnum tuum. Amen.

¶ De altioribus rebus et occultis iudicijs dei non scrutandis. ¶ Capitulum. lxiij.

Fili caueas disputare de altis materijs et de occultis dei iudicijs. Cur iste sic relinquitur et ille ad tantā gratiam assumit. cur etiā iste tantū affligit ⁊ ille tam eximie exaltat. Ista omnem humanam facultatē excedunt: nec ad inuestigandū iudicium diuinum vlla ratio preualet vel disputatio Quando ergo hec tibi suggerit inimicus: vel etiam quidam curiosi inquirunt homines: respōde illud pphete. Iustus es dñe et rectū iudicium tuū. Et illud. Iudicia dñi vera iustificata in semetipsa. Iudicia mea metuenda sūt: nō discutiēda: qa humano intellectui sunt incomphensibilia. Noli etiā inquirere vel dispu tare de meritis sanctoꝝ qs alio sanctior aut qs maior fuerit in regno celoꝝ. Talia generant sepe lites ⁊ cō tentiones inutiles: nutriunt quoqꝫ supbiā et vanam gloriam: vnde oriunt inuidie ⁊ dissentiōes: dū iste illū sanctū et alius aliū conat supbe preferre. Talia autē velle scire et inuestigare: nullū fructū afferunt: sꝫ ma gis sanctis displicent: quia nō sum deus dissensionis sed pacis: que pax magis in humilitate vera ꝙ in ppria exaltatione consistit. Quidam zelo dilectionis trahunt ad hos vel ad illos ampliori affectu: sed hu-

mano potius ꝙ diuino. Ego sum qui cunctos cōdidi sanctos: ego donaui gratiam/ego prestiti gloriā/ego noui singulorum merita: ego preueni eos in benedictionibus dulcedinis mee: ego presciui dilectos ante secula: ego eos elegi de mundo non ipsi me preelegerunt. ego vocaui per gratiā/attraxi per misericordiā ego perduxi eos per tentationes varias: ego infudi consolationes magnificas: ego dedi perseuerātiam: ego coronaui coꝝ patiētiam: ego primū et nouissimū agnosco: ego omnes inestimabili dilectione āplector ego laudandus sum in omnibus sanctis meis: ego super omnia benedicēdus sum ⁊ honorandus in singulis quos sic gloriose magnificaui et predestinaui sine vllis precedentibus proprijs meritis. Qui ergo vnum de minimis meis contempserit: nec magnum honorat/quia pusillū ⁊ magnum ego feci. Et qui derogat alicui sāctoꝝ: derogat michi ⁊ ceterꝭ omnibus in regno celorum. Omnes vnum sunt per caritatis vinculum: idē sentiunt: idem volunt/ et oēs in vnū se diligunt. Adhuc sūt quod multo altius est: plus me ꝙ se ⁊ sua merita diligunt. Nā supra se rapti ⁊ extra ꝓpriā dilectionem tracti/toti in amorem mei pgunt in quo et fruitiue quiescunt. Nichil est qđ eos auertere possit aut deprimere: quippe qui eterna veritate plent igne ardescūt inextinguibilis caritatis. Taceāt igit carnales ⁊ aiales hoies de sāctoꝝ statu disserere qui non norunt nisi priuata gaudia diligere. Demūt ⁊ addunt ꝓ sua inclinatiōe: non ꝓut placet eterne veritati. In multis est ignorantia coꝝ maxime qui paꝝ illuminati raro aliquem perfecta dilectiōe spirituali

diligere norunt. Multi adhuc naturali affectu et hu-
mana amicitia ad hos vel ad illos trahunt: et ſicut in
inferioribus ſe habent: ita et de celeſtibus imaginan
tur. Sed eſt diſtantia incomparabilis que imperfecti
cogitant et que illuminati viri per reuelationē ſupnā
ſpeculātur. Caue ergo fili de iſtis curioſe tractare q̄
tuam ſcientiā excedunt: ſed hoc magis ſatage et inten
de vt vel minimus in regno dei queas inueniri. Et ſi
quiſpiam ſciret quis alio ſanctior eſſet vel maior ha-
beretur ī regno celorum: quid ei hec noticia ꝓdeſſet
niſi ſe ex hac cognitione coram me humiliaret: et in
maiorem nois mei laudem exurgeret? Multo acce-
ptius deo facit qui de peccatorum ſuoꝝ magnitudine
et virtutū ſuarum paruitate cogitat: et q̄ lōge a ſan
ctorū ꝑfectione diſtat: q̄ is qui de eoꝝ maioritate vel
ꝑuitate diſputat. Melius eſt ſanctos deuotis precibus
et lacrimis exorare et eorū glorioſa ſuffragia humili
mente implorare: q̄ eorum ſecreta vana inquiſitiōe
perſcrutari. Illi bene et optime contentātur: ſi hoīes
ſcirent contentari et vaniloquia ſua compeſcere. Nō
gloriantur de proprijs meritis quippe qui ſibi nil bo-
nitatis aſcribūt: ſed totum michi quoniam ipſis cun
cta ex infinita caritate mea donaui. Tāto amore diui
nitatis et gaudio ſupereffluenti replentur vt nichil
eis deſit glorie: nichilqꝫ poſſit deeſſe felicitatis. Oīs
ſancti quanto altiores in gloria: tanto humiliores in
ſeipſis et michi viciniores et dilectiores exiſtūt. Ideo
qꝫ habes ſcriptū quia mittebant coronas ſuas ante
deum et ceciderunt in facies ſuas coram agno et ad-
orauerunt viuētem in ſecula ſeculorum. Multi qui-

dem querūt quis maior sit in regno dei: qui ignorāt an cum minimis erūt digni computari. Magnū est vel minimū esse in celo vbi oēs magni sunt quia oēs filij dei vocabunt τ erunt. Minimus erit in mille et peccator centū annorū morietur. Cū enim quererent discipuli quis maior esset in regno celorum/tale audierūt responsū. Nisi cōuersi fueritis τ efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnū celorū. Quicunqꝫ ergo humiliauerit se sicut paruulus iste. hic maior ē in regno celorum. Ve eis qui cū puulis humiliare se sponte dedignantur: quoniā humilis ianua regni celestis eos non admittet intrare. Ve etiā diuitib⁹ qui habent hic consolationes suas: quia pauperibus intrantibus in regnū dei ipsi stabūt foras eiulantes. Gaudete humiles τ exultate pauperes: quia vestrū est regnum dei si tamen in veritate ambulatis.

¶ Qđ omnis spes et fiducia in solo deo est figenda.

¶ Capitulum. lxiiij.

Domine que est fiducia mea quā in hac vita habeo aut quod maius solatium meum ex omnibus apparentibus sub celo? Nonne tu dñe deus meus cuius misericordie nō est numerus? Ubi michi bene fuit sine te: aut quādo male esse potuit presente te? Malo pauper esse ꝓpter te q̄ꝫ diues sine te. Eligo potius tecum in terra peregrinari q̄ꝫ sine te celum possidere. Ubi tu ibi celū: atqꝫ ibi mors et infernus vbi tu non es. Tu michi in desiderio es: et ideo post te gemere et clamare et exorare necesse est. In nullo deniqꝫ possum plene confidere qui in necessitatibus auxilietur oportunis: nisi in te solo deo meo

Tu es spes mea ꝛ fiducia mea: tu cõsolatoꝛ me⁹ ꝛ fi-
delissimus in oibus. Omnes q̃ sua sunt querũt: tu sa
lutẽ meã ꝛ ꝑfectum meũ solũmodo pꝛetendis. ꝛ oĩa
in bonũ michi ꝯuertis: etiã si varijs tentationib⁹ ꝛ ad
uersitatibus exponas. Hoc totũ ad vtilitatẽ meã oꝛdi
nas: qui mille modis dilectos tuos ꝓbare ꝯsueuisti.
In qua ꝓbatione nõ minus diligi debes ꝛ laudari q̃
si celestibus cõsolationibus me repleres. In te ergo
dñe deus pono totã spẽ meã ꝛ refugiũ. in te oẽm tri
bulationẽ et angustiã meã cõstituo. qꝛ totũ infirmũ
et instabile inuenio quicquid extra te cõspicio. Non
enim pꝛoderũt multi amici: neqꝫ foꝛtes auxiliarij ad
iuuare poterunt: neqꝫ pꝛudentes ꝯsiliarij responsum
vtile dare: neqꝫ liber doctoꝛum consolari: nec aliqua
pꝛeciosa substantia liberare/nec locus aliquis secret⁹
contutari si tu ipse nõ assistas/iuues/cõfoꝛtes: conso-
leris instruas et custodias. Omnia namqꝫ que ad pa-
cẽ videntur esse et felicitatem habendam te absente
nichil sunt: nichilqꝫ felicitatis in veritate conferunt.
Finis ergo omnium bonoꝛum et altitudo vite ꝛ pꝛo
funditas omniũ eloquioꝛũ tu es: ꝛ in te super omnia
sperare foꝛtissimũ solatium seruoꝝ tuoꝛũ. Ad te sunt
oculi mei in te cõfido deus me⁹ misericoꝛdiaꝝ pater.
Benedic et sanctifica animã meã benedictiõe celesti
vt fiat habitatio sancta tua et sedes eterne gloꝛie tue
nichilqꝫ in templo tue dignitatis inueniat quod ocu
los tue maiestatis offendat. Secundum magnitudi
nem bonitatis tue ꝛ multitudinẽ miserationum tua
rum respice in me et exaudi oꝛationẽ pauperis serui
tui longe exulantis in regione vmbꝛe moꝛtis. Pꝛo-

tege ⁊ cõserua animã seruuli tui inter tot discrimina vite corruptibilis ac cõmunicante gratia tua dirige p viam pacis ad patriam perpetue claritatis.

¶ Explicit tertius liber. Incipit liber quartus.

¶ Deuota exhortatio ad sanctam corporis christi cõmunionem.

Vox christi.

Venite ad me oẽs qui laboratis et onerati estis et ego reficiã vos dicit dñs. Panis quẽ ego dabo caro mea est pro mundi vita. Accipite ⁊ comedite hoc est corpꝰ meũ quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Qui mãducat carnem meam et bibit meũ sanguinẽ in me manet ⁊ ego in illo. Verba que ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt.

¶ Cum quanta reuerentia christus sit suscipiendus.

Capitulum primum.

Hec sunt verba tua xp̃e veritas eterna: q̃uis nõ vno tempore prolata nec vno in loco conscripta. Quia ergo tua sunt verba gratanter michi et fideliter cuncta sunt accipienda. Tua sunt ⁊ tu ea protulisti: et mea quoq; sunt quia pro salute mea edidisti. Libenter suscipio ea ex ore tuo: vt artius inserantur cordi meo. Excitant me verba tante pietatis plena dulcedinis et dilectionis: sed terrẽt me delicta propria: et ad capiẽda tanta mysteria me reuerberat impura cõscientia. Prouocat me dulcedo verboꝝ tuorũ sed onerat me multitudo vitiorum meoꝝ. Jubes vt fiducialiter ad te accedam si tecũ velim habere partẽ: vt immortalitatis accipiam alimo

niā si eternā cupiā obtinere vitā z gliaз. Venite inqt ad me oēs qui laboratis z onerati estis z ego reficiam vos. O dulce z amicabile verbū i ore peccatoris qz tu dñe deus meus egenū z pauperē inuitas ad colonēз tui sanctissimi corporis. Sed quis ego sum dñe vt ad te presumā accedere? Ecce celi celoꝛ te nō capiunt et tu dicis venite ad me oēs. Quid sibi vult ista piissima dignatio z tā amicabilis inuitatio? Quomodo ausus ero venire qui nichil boni michi cōscius sum? Unde possum presumere? Quomodo te introducam i domum meā qui sepius offendi benignissimā faciē tuā Reuerētur angeli z archangeli: metuūt sancti z iusti et tu dicis venite ad me omnes. Nisi tu dñe hoc diceres quis verum esse crederet? et nisi tu iuberes: quis accedere attētaret? Ecce noe vir iustus in arche fabrica centum annis laborauit vt cū paucis saluaretur. et ego quomodo me potero vna hora pparare vt mūdi fabricatorē cū reuerentia sumā? Moyses famulꝰ tuus magnus z specialis amicus tuus archam ex lignis imputribilibus fecit quam z mundissimo vestiuit auro vt tabulas legis in eo reponeret. et ego putrida creatura audebo te cōditorem legis ac vite datorē tam facile suscipere? Salomō sapientissimus regū israel magnificū templū septem annis in laudeз noīs tui edificauit: et octo diebus festū dedicationis eius celebrauit. mille hostias pacificas obtulit: et archā federis clāgore buccine z iubilo in locū sibi pparatū solēnit collocauit. z ego ifelix z pauprimꝰ hoīm quō te in domū meā itroducā q vix mediā expēdere deuote noui horā. z vtinā vel semel digne fere mediā

O mi deus quãtũ illi ad placendũ tibi agere studuerũt. Heu ꝙ pusillũ est quod ago. ꝙ breue explco tempus cũ me ad cõicandũ dispono raro totus collectus rarissime ab omni distractione purgatus. Et certe in tua salutari deitatis presentia nulla deberet occurrere indecẽs cogitatio: nulla etiã occupare creatura. qꝛ nõ angelũ sed angeloꝝ dñm suscepturus sum hospicio. Est tamẽ valde magna distãtia inter archã federis cũ suis reliquijs: ⁊ mundissimũ corpus tuũ cũ suis ineffabilibꝰ virtutibus iter legalia illa sacrificia futuroꝝ pfiguratiua: et verã tui corporis hostiã oim antiquoꝝ sacrificioꝝ ɔpletiuam. Quare igit nõ magis ad tuã venerabilẽ tuã ardesco presentiam: cur non maiori me preparo solicitudine ad tua sancta sumenda/quando illi antiqui sancti patriarche ⁊ pphete reges quoqꝫ ⁊ principes cũ vniuerso populo tantũ deuotionis demõstrarunt affectũ erga cultũ diuinum? Saltauit deuotissimꝰ rex dauid corã archa dei totis viribus/recolẽs beneficia olim indulta patribus: fecit diuersi generis organa: psalmos edidit et cantari instituit: cũ leticia cecinit: et ipse frequẽter in cithara spiritus sancti afflatus gratia docuit populum israel toto corde deum laudare ⁊ ore cõsono diebus singulis benedicere ⁊ predicare. Si tanta agebat tunc deuotio ac diuine laudis extitit recordatio coram archa testamẽti. quãta nunc michi ⁊ omni populo xpiano habenda est reuerentia ⁊ deuotio in presentia sacramenti: in sumptione excellentissimi corporis christi? Currunt multi ad diuersa loca pro visitandis reliquijs sanctoꝝ et mirantur auditis gestis eorũ: am-

pla edificia templorū inspiciūt: ꝛ osculant sericis ꝛ auro inuoluta sacra ossa ipsoꝝ. Et ecce tu presens es hic apud me in altari deus meꝰ sanctus sanctoꝝ creator oim et dn̄s angelorū. Sepe in talibus videndis est cu curiositas hominū ꝛ nouitas inuisorū ꝛ modicꝰ reportatur emēdationis fructus: maxime vbi est tā leuis sine vera cōtritione discursus. Hic aūt in sacramēto altaris totus presens es deus meꝰ homo christus iesus vbi ꝛ copiosus percipit eterne salutis fructus quotienscūqꝫ fueris digne ac deuote susceptꝰ. Ad illud vero nō trahit leuitas aliqua nec curiositas aut sensualitas sed firma fides/deuota spes/ꝛ sincera caritas. O inuisibilis cōditor mūdi deus ꝙ mirabiliter agis nobiscū ꝙ suauiter ꝛ gratiose cū electis tuis disponis: quibus temetipsum in sacramento sumendū proponis. Hoc nāqꝫ omnē intellectū superat. hoc specialiter deuotoꝝ corda trahit et accendit affectū. Ipsi enim veri fideles tui qui totam vitā suā ad emendationem disponunt ex hoc dignissimo sacramento magnam deuotionis gratiam et virtutis amorē frequenter recipiunt. O āmirabilis ꝛ abscondita gratia sacramenti quam norunt tantū xp̄i fideles. infideles aūt et peccatis seruiētes experiri nō possunt. In hoc sacramēto confertur spūalis gratia et reparatur in anima virtus amissa: et per peccatū deformata redit pulcritudo. Tanta est aliquando hec gratia: vt ex plenitudine collate deuotionis nō tantum mens: sed et debile corpus vires sibi prestitas sentiat ampliores. Dolendū tū valde ꝛ miserandum super tepiditate ꝛ negligētia nostra: ꝙ nō maiori affectu trahimur ad christū sumēdum: in quo

tota spes saluandorꝝ ꝯsistit ꝛ meritū. Ipse enī est san-
ctificatio nostra et redēptio: ipse cōsolatio viatorū et
sanctorū eterna fruitio. Dolendū itaq; valde ꝙ multi
tā parū hoc salutare mysteriū aduertūt: quod celū le-
tificat ꝛ mundū cōseruat vniuersuȝ. Heu cecitas ꝛ du
ritia cordis humani tā ineffabile donū nō magis attē
dere et ex quotidiano vsu etiā ad inaduertētiā defflue
re. Si eni hoc sanctissimū sacramentū in vno tm̄ cele
braretur loco: et ab vno tantū cōsecraretur sacerdote
in mūdo quāto putas desiderio ad illū locū et talē dei
sacerdotē homines afficerētur vt diuina mysteria ce-
lebrare audirēt? Nūc autē multi facti sunt sacerdotes
et in multis locis offerꝶ xp̄s: vt tāto maior appareat
gratia ꝛ dilectio dei ad hominē quāto latius est sacra
cōio diffusa p orbē. Gratias tibi bone iesu pastor eter-
ne q̄ nos pauperes ꝛ exules dignatus es precioso cor
pore ꝛ sanguine tuo reficere ꝛ ad hec mysteria pcipiē
da etiā ꝓprij oris tui alloq̄o īuitare dicēdo. Uenite ad
me oēs qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiā vos.

¶ Quod magna bonitas et caritas dei in sacramēto exhibetur homini. Capitulū. ij.

Super bonitate tua et magna misericordia tua dn̄e ꝯfisus accedo eger ad saluatorē: esu-
riēs et sitiēs ad fontē vite/egen⁹ ad regē celi
seru⁹ ad dn̄m/creatura ad creatorē/desolatus ad meū
piū ꝯsolatorē. Sed vnde michi hoc vt venias ad me?
Quis ego sum vt p̄stes michi teip̄m? Quō audet pec
cator corā te apparere? Et quō tu digneris ad peccātē
venire? Tu nosti suū tuū ꝛ scis q: nil boni ī se habet/
vnde hoc illi prestes. Confiteor igitur vilitatē meam

agnosco bonitatē tuā:laudo pietatē: ⁊ grās ago ꝓpt nimiā caritatē. Propter temetipm enī hoc facis non ꝓpter mea merita:vt bonitas tua michi magis inotescat.caritas amplior ingerat.⁊ humilitas perfectiꝰ cōmēdet. Qr ḡ tibi hoc placet et sic fieri iussisti: placet ⁊ michi dignatio tua:⁊ vtinā iniqtas mea nō obsistat O dulcissime ⁊ benignissime iesu q̄ta tibi reuerētia et gratiaꝝ actio cū perpetua laude ꝑ susceptiōe sacri corporis tui debet:cuius dignitatē nullus hoim explicare potēs inuenit? Sed qd cogitabo in hac cōione: i accessu ad dn̄ȝ meū quē debite venerari nequeo: ⁊ tn̄ deuote suscipere desidero? Quid cogitabo melius ⁊ salubrius nisi meipm totaliter humiliādo corā te : et tuā infinitā bonitatē exaltādo supra me. Laudo te deus meꝰ ⁊ exalto ieternū. Despicio me et subijcio tibi in profundū vilitatis mee. Ecce tu scēs scōꝝ et ego sordes pctōꝝ:⁊ tu inclinas ad me qui nō suȝ dignꝰ ad te respicere. Ecce tu venis ad me:tu vis esse mecū:tu inuitas ad cōuiuiū tuū:tu michi dare vis celestē cibū ⁊ panē angeloꝝ ad mādhucandū:nō aliū sane q̄ teipȝ panē viuū qui de celo descendisti et das vitā mūdo. Ecce vnde dilectio ꝓcedit/qualis dignatio illucescit/ q̄ magne gratiaꝝ actiones et laudes tibi ꝑ his debētur. O q̄ salutare ⁊ vtile consiliū tuū cum istud instituisti. q̄ suaue et iocundū conuiuiū cū teipsum in cibū donasti. O q̄ admirabilis operatio tua domine. q̄ potēs virtus tua q̄ ineffabilis veritas tua. Dixisti enim ⁊ facta sunt oīa:⁊ hoc factū est quod ipse iussisti. Mira res et fide digna ac humanū vincēs intellectū q̄ tu dn̄e deus meus verꝰ deus et homo sub medica

specie panis et vini integer contineris ⁊ sine consumptione a sumēte mãducaris. Tu dñe vniuersoꝝ qui nullius habes indigentiã voluisti per sacramentum tuũ habitare in nobis: ꝯserua coꝛ meũ ⁊ coꝛpus meũ immaculatũ vt leta et pura conscientia sepius valeã tua celebrare mysteria: et ad meã perpetuã accipere salutē: que ad tuũ precipue honorē ⁊ memoꝛiale perenne sanxisti et instituisti. Letare anima mea et gratias age deo pro tã nobili munere et solatio singulari in hac lachꝛimarũ valle tibi relicto. Nã quotiens hoc mysteriũ recolis et xp̄i coꝛpus accipis: totiens tue redemptionis opus agis: et particeps omniũ meritoꝝ xp̄i efficeris. Caritas etenim chꝛisti nũq̄ minuit: ⁊ magnitudo ꝓpiciationis eius nũq̄ exhaurit. Ideo noua semper mētis reuocatione ad hoc disponere te debes: ⁊ magnũ salutis misteriũ attēta ꝯsideratione pēsare. Ita magnũ nouũ ⁊ iocundũ tibi videri debet cũ celebꝛas: aut missam audis. ac si eodē die xp̄s pꝛimũ ĩ vterũ virginis descendens homo factus esset: aut in cruce pꝛo salute hominũ pateretur et moꝛeretur.

¶ Quod vtile sit sepe cõmunicare. Capitulũ. iij.

Ecce ego venio ad te dñe vt bene michi sit ex munere tuo: et letificer in conuiuio sancto tuo qđ parasti in dulcedine tua pauperi de⁹. Ecce in te est totum quod desiderare possum ⁊ debeo tu salus mea ⁊ redemptio/ spes et foꝛtitudo/ decus ⁊ gloꝛia. Letifica ergo hodie animã serui tui: quoniam ad te dñe iesu animã meã leuaui. Desidero te nũc deuote ac reuerenter suscipere cupio te in domum meam introducere quatenus cum zacheo merear a te

benedici ac inter filios abrahe cõputari. Anima mea corpus tuũ ↄcupiscit: cor meum tecũ vniri desiderat. Trade te michi ⁊ sufficit. Nam p̃ter te nulla ↄsolatio valet. sine te esse nequeo. ⁊ sine visitatione tua viuere nõ valeo. Ideoq oportet me frequenť ad te accedere ⁊ in remediũ salutis mee recipere: ne forte deficiam in via si fuero celesti fraudatus alimonia. Sic ei tu misericordissime iesu p̃dicans populis et varios curans languores aliqn̄ dixisti. Nolo eos ieiunos dimittere in domũ suã ne deficiant in via. Age igiť hoc modo mecũ qui te ꝑ fidelium consolatione in sacramento reliquisti. Tu es eniȝ suauis refectio anime: ⁊ qui te digne mãducauerit ꝑticeps ⁊ heres erit eterne glorie Necessarium quidẽ michi est qui tam sepe laboro et pecco tãcito torpesco ⁊ deficio: vt per frequẽtes orationes et confessiones ⁊ sacram tui corporis ꝑceptionẽ me renouem/ mundem/ ⁊ accẽdam: ne forte diutius abstinendo a sancto ꝓposito defluã. Proni eniȝ sunt sensus hominis ad malum ab adolescẽtia sua: ⁊ nisi succurrat diuina medicina: labiť homo mox ad peiora. Retrahit ergo sancta cõmunio a malo ⁊ cõfortat in bono. Sic eni modo tã sepe negligens sum ⁊ tepidus qñ cõico aut celebro: quid fieret si medelam non sumerẽ ⁊ tã grande iuuamen non quererẽ? Et liceȝ oĩ die nõ sim aptus nec ad celebranduȝ bene dispositus dabo tñ operam congruis tꝑibus diuina ꝑcipere misteria ac tante gratie participem me exhibere. Nam hec est vna principalis fidelis anime cõsolatio q̃diu peregrinať a te in mortali corpore: vt sit sepius memor dei sui: dilectum suum deuota suscipiat mente.

O mira circa nos tue pietatis dignatio q̄ tu domine deus creator et viuificator oim̄ spirituū ad paupculā dignaris venire aīam: et cū tota deitate tua ac humanitate eius impinguare esuriem. O felix mens et beata aīa que te dn̄m deum suū meref deuote suscipe ꝛ in tua susceptiōe spūali gaudio repleri. O q̄ magnū suscipit dn̄m: q̄ dilectū inducit hospitē: q̄ iocundum recipit sociū: q̄ fidelem acceptat amicū: q̄ speciosū et nobilē amplectif sponsū pre oibus dilectis et sup oīa desiderabilia amandū. Sileāt a facie tua dulcissime dilecte meus celū et terra et oīs ornatus eoꝝ: quoniā quicquid laudis habent ac decoris ex dignatione tue est largitatis: nec ad decorem tui pueniēt noīs cuius sapientie non est numerus.

¶ Qd̄ multa bona prestātur deuote cōmunicātibus.

¶ Capitulum. iiij.

Domine deus meus p̄ueni seruum tuū in benedictionibus dulcedinis tue vt ad tuū magnificū sacramentum digne ac deuote merear accedere. Excita cor meū in te: et a graui corpore exue me. Visita me in salutari tuo ad gustandum in spiritu tuam suauitatē: que in hoc sacramento tanq̄ in fonte plenarie latet. Illumīa quoq; oculos meos ad intuendum tantum misterium: et ad credendum illud indubitata fide me robora. Est eī operatio tua non humana: potentia tua sacra institutio non hoīs adinuentio. Non eni ad hec capienda ꝛ intelligenda aliqs idoneus per se reperif: que angelicā etiā subtilitatē transcēdit. Quid ḡ ego peccator indign⁹ terra ꝛ cinis de tā alto sacro secreto potero inuestigare et ca

pere? Dñe in simplicitate cordis: in bona firma fide ꝛ in tua iussione ad te cū spe ꝛ reuerētia accedo et vere credo q: tu p̄sens es hic in sacramēto deus ꝛ hō. Uis g̃ vt te suscipiā ꝛ meip̄m tibi in caritate vniā. Uñ tuā p̄cor clementiā ꝛ specialē ad hoc iploro michi donari grām vt tot⁹ in te liquefiā ꝛ amore pfluā atq: de nulla aliena ↄsolatiōe āplius me intromittā. Est enī hoc altissimū ꝛ dignissimū sacramentū: salus aīe ꝛ corporis medicina oīs spūalis languoris: in quo vicia mea curanť/passiōes frenanť: tētatiōes vīcunť ac minuūtur grā maior infundiť: ꝟtus incepta augeť: firmatur fides: spes roborať: ꝛ caritas ignescit ac dilatať. Multa nanq: bōa largit⁹ es ꝛ adhuc sepius largiris in sacramento dilectis tuis deuote cōicantibus de⁹ meus susceptor aīe mee: repator infirmitatis hūane ꝛ toti⁹ dator ↄsolatiōis interne. Nā multā ipsis cōsolationē aduersus varias tribulatiōes infūdis: ꝛ de imo deiectiōis ꝓprie ad spē tue ꝓtectionis erigis: atq: noua quadā grā eos int⁹ recreas ꝛ illustras vt qui anxij primū ꝛ sine affectiōe se āte cōionē senserāt: postea refecti cibo potuq: celesti in melius se mutatos inueniāt Quod idcirco cū electis tuis ita dispēsanter agis vt veraciter agnoscant et patiēter experiantur ꝙ nichil ex semetipsis habeant et quid bonitatis ac grē ex te consequanť. q: ex semetipsis frigidi duri ac indeuoti ex te autē feruentes alacres et deuoti esse merentur. Quis enī ad fontē suauitatis hūiliter accedens non modicū suauitatis inde reportat? aut q̄s iuxta ignē copiosū stās nō paꝝ caloris inde pcipit? Et tu fons es sp plen⁹ ꝛ supabundās: ignis iugiť ardēs ꝛ nūq̄ defi-

ciens. Unde si michi nō licet haurire de plenitudine fontis nec vsq; ad satietatem potare: apponā tamen os meū ad foramē celestis fistule vt saltē inde gutulā modicam capiā ad refocillandam sitim meam vt nō penitus exarescā. Et si necdū totus celestis et tā igni tus vt seraphin ⁊ cherubin esse possū: conabor tamen deuotioni insistere et cor meū pparare vt vel modicā diuini incendij flammā ex humili sumptiōe viuifici sacramenti ꝯquirā. quicq̄d aūt michi deest bone iesu saluator sanctissime: tu ꝓ me supple benigne ac gratiose: qui oēs ad te dignatus es vocare dicēs. Uenite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis et ego reficiā vos. Ego quidē laboro i sudore vultus mei dolore cordis torqueor. peccatis oneror. tentatiōibus inquietor multis malis passionibus implicor ⁊ premor et nō est qui adiuuet: non est qui liberet et saluū faciat nisi tu dn̄e deus saluator meus cui cōmitto me ⁊ oīa mea vt me custodias et perducas in vitā eternam. Suscipe in laudem ⁊ gloriā noīs tui qui corpꝰ tuū ⁊ sanguinē in cibum ⁊ potū michi parasti. Presta domine deus salutaris meus vt cū freq̄ntatiōe misterij tui crescat mee deuotionis affectus.

¶ De dignitate sacramenti et statu sacerdotali ¶ Capitulum. v.

Si haberes angelicā puritatē ⁊ sancti iohannis baptiste sanctitatem nō esses dignus hoc sacramentū accipe nec tractare. Non eni hoc meritis debet hoīm ꝙ homo cōsecret ⁊ tractet christi sacramentū et sumat in cibū panē angeloꝝ. Grande misteriū ⁊ magna dignitas sacerdotū: q̄bus datū est

quod angelis nō est concessū. Soli nanq̧ sacerdotes in ecclesia rite ordinati potestatē habent celebrandi ⁊ corpus christi cōsecrandi. Sacerdos quidē minister ē dei vtens verbo dei per iussionem et institutionē dei. Deus autē ibi principalis est auctor ⁊ inuisibilis opator cui subest oē quod voluerit ⁊ paret oē qđ iusserit. Plus ergo credere debes deo omnipotēti in hoc excellentissimo sacramento q̄ proprio sensui aut alicui signo visibili. Ideoq̧ cū timore et reuerentia adhoc opus est accedendū. Attende igit̄ et vide cuius ministeriū tibi traditū est per impositōē manus episcopi Ecce sacerdos factus es et ad celebrandū cōsecratus vide nūc vt fideliter ⁊ deuote in suo tpe deo sacrificiū offeras et teip̄m irrep̄hensibilem exhibeas. Non alleuiasti onus tuum sed artiori iam alligatus es vinculo discipline: et ad maiorem teneris perfectionē sanctitatis. Sacerdos oībus virtutib⁹ debet eē ornatus et aliis bone vite exemplum p̄bere. Eius cōuersatio non cū popularibus et cōībus hoīm viis: sed cū angelis in celo aut cum perfectis viris in terra. Sacerdos sacris vestibus indutus christi vices gerit vt deū pro se et pro omni populo suppliciter ⁊ humiliter roget. Habet nanq̧ ante se ⁊ retro dñice crucis signū ad memorandā iugiter xp̄i passiōē. Ante se crucē in casula portat vt christi vestigia diligenter inspiciat et sequi feruent̄ studeat. Post se cruce signatus est vt aduersa quelibet illata ab aliis clementer pro deo toleret. Ante se crucē gerit vt ꝓpria peccata lugeat. post se vt aliorū etiā cōmissa per cōpassionem defleat: ⁊ se mediū inter deum ⁊ peccatorē constitutum esse sciat: nec

ab oratione:nec ab oblatione ſancta torpeſcat: donec gratiã et miſericordiã impetrare mereatur. Quãdo ſacerdos celebrat:deum honorat:angelos letificat:eccleſiã edificat:viuos adiuuat:defũctis requiem pſtat et ſeſe oĩm bonorum participem efficit.

¶ Interrogatio de exercitio ante cõionem. Cpm. vi.

c Um tuã dignitatẽ dñe ⁊ meam vilitatẽ pẽſo: valde cõtremiſco ⁊ in meipſo confundor. Si enĩ non accedo: vitã fugio. et ſi indigne me ingeſſero offenſam incurro. Quid ergo faciam deus meus auxiliator meus:⁊ cõſiliator in neceſſitatibus? Tu doce me viã rectam ꝓpone breue aliqđ exercitiũ ſacre cõioni congruũ. Utile eſt enĩ ſcire qualiter ſcilꝫ deuote ac reuerẽter tibi preparare debeã cor meum ad recipiẽduꝫ ſalubriter tuum ſacramentũ ſeu etiam celebrandũ tam magnũ ⁊ diuinum ſacrificium.

¶ De diſcuſſione ꝓprie conſcientie et emendationis propoſito. ¶ Capitulum. vij

ſ Up oĩa cũ ſumma hũilitate cordis ⁊ ſupplici reuerẽtia cum plena fide ⁊ pia intentione honoris dei ad hoc ſacramẽtum celebrandum tractandũ/⁊ ſumendũ:oportet dei accedere ſacerdotẽ Diligenter examina conſcientiã tuam ⁊ ꝓ poſſe tuo vera ꝯtritione ⁊ humili confeſſione eã nuda et clarifica:ita vt nil graue habeas aut ſcias quod te remordeat et liberũ acceſſũ impediat. Habeas diſplicentiã oĩm peccatoꝝ tuoꝝ in generali:⁊ ꝓ quotidianis exceſſibus magis in ſpeciali doleas/gemas: et ſi tempus patitur deo in ſecreto cordis cunctas confitere paſſionũ tuaꝝ miſerias. Ingemiſce et dole ꝙ adhuc ita

carnalis es et mūdanus tam imortificatus a passiōi
bus.tā plenus ɔcupiscentiarū motibus.tā incustodi
tus in sensibus exterioꝛib⁹.tā sepe multis vanis fan⸗
tasijs iplicatus.tā multū inclinatus ad exterioꝛa.tam
negligens ad interioꝛa.tā leuis ad risū et dissolutōe3
tam dur⁹ ad fletū ꝛ ɔpūctionē.ta3 pꝛōptus ad laxioꝛa
ꝛ carnis cōmoda.tam segnis ad rigoꝛē ꝛ feruoꝛē.tam
curiosus ad noua audienda et pulcra intuenda. tam
remissus ad hūilia et abiecta amplectēda.tā cupidus
ad multa habenda.ꝛ tā parcus ad dandū.tam tenax
ad retinendū.tam incōsideratus in loquēdo.tā incō⸗
tinens ad tacendū.tam incōpositus in moꝛibus.tam
ipoꝛtun⁹ in actibus.tam effus⁹ sup cibū.tam surdus
ad dei ꝟbū.tam velox ad quietē.tā tardus ad laboꝛē.
tam vigilans ad fabulas.tam sōnolentus ad vigilias
sacras.tam festin⁹ ad finē.tam vagus ad attendendū
tam negligēs in hoꝛis ꝑsoluendis.tā tepidus in cele⸗
brando.tā aridus in cōicando.tā cito distractus. tam
raro tibi bene collectus:tam subito ɔmotus ad iram
tam facilis ad alteri⁹ displicentiā.tam ꝓnus ad iudi
candū.tam rigidus ad arguendū.tam letus ad ꝓspe
ra.tam debilis in aduersis.tam sepe multa bona ꝓ⸗
ponēs ꝛ modicū ad effectū ꝑducens.His ꝛ alijs defe⸗
ctibus tuis cū doloꝛe ꝛ magna displicētia ꝓpꝛie infir
mitatis cōfessis ac deploꝛatis firmū statue ꝓpositu3
semp emendandi vitam tuam ꝛ in melius ꝓficiendi
Deinde cū plena resignatione et integra voluntate
offer teipm in honoꝛē nōis mei in ara coꝛdis tui olo⸗
caustū ꝑpetuū coꝛpus tuū scil3 ꝛ aīam michi fideliter
cōmittendo quatenus sic digne merearis ad offeren⸗

dum deo sacrificium accedere & sacramentũ corporis mei salubriter suscipere. Non est eni oblatio dignior et satisfactio maior pro peccatis diluendis q̄ seipsum pure & integre cũ oblatiõe corporis christi in missa et in cõmunione deo offerre. Si homo fecerit quod i se est et vere penituerit: quotienscunq̧ ꝓ venia & gratia ad me accesserit viuo ego dicit dñs: quia nolo mortẽ peccatoris: sed magis vt conuertatur & viuat. quoniã peccatorum suorũ non recordabor amplius: sed cũcta sibi indulta erunt.

¶ De oblatione christi in cruce et ꝓpria resignatiõe. Capitulum. viij.

Sicut ego meip̄z expansis in cruce manibus & nudo corpe ꝓ peccatis tuis deo patri spõte obtuli: ita vt nichil in me remaneret qn totũ in sacrificiũ diuine placationis transierit: ita debes & tu temetip̄m michi volũtarie in oblationẽ puram et sanctã quotidie in missa cũ oĩbus viribus & affectib⁹ tuis/quãto intimius vales offerre. Quid magis a te requiro q̄ vt te studeas michi ex integro resignare? Quicq̄d preter teip̄m das nichil curo: q: non quero datum tuũ sed te. Sicut non sufficeret tibi oĩbus habitis p̄ter me: ita nec michi placere poterit quicq̄d dederis te nõ oblato. Offer te michi & da te totũ ꝓ deo et erit accepta oblatio. Ecce ego me totũ obtuli patri ꝓ te etiã totum corpus meũ et sanguinẽ in cibum vt totus tuus essem & tu meus permaneres. Si autẽ in teipso steteris nec sponte te ad voluntatẽ meam obtuleris: non est plena oblatio nec integra erit inter nos vnio. Ideo omnia opera tua precedere debet spõta-

nea tuū ipsius in manꝰ dei oblatio si libertatē cōsequi vis et gratiā. Ideo tā pauci illuminati et liberi intus efficiunt: qꝛ seipos ex toto abnegare nesciūt. est firma scientia mea nisi quis renūciauerit omnibus nō pōt meus esse discipulus. Tu ergo si optas meꝰ esse discipulus offer teipꝫ michi cū omnibus affectionibꝰ tuis.

¶ Quod nos et omnia nostra deo debemus offerre et pro omnibus orare. Capl'm .ix.

D Omine omnia tua sunt que in celo sunt et in terra. Desidero meipsum tibi in spōtaneam oblationem offerre et tuus perpetue permanere. Domine in simplicitate cordis mei offero meipsum tibi hodie in seruum sempiternū: in obsequium et sacrificiū laudis ꝑpetue. Suscipe me cum hac sancta oblatione tui preciosi corporis quaꝫ tibi hodie in presentia angelorū inuisibiliter assistentiuꝫ offero: vt sit ꝓ me et ꝓ cuncto populo tuo in salutem. Dn̄e offero tibi omnia peccata et delicta mea que cōmisi corā te et sctīs angelis tuis a die quo primum peccare potui vsqꝫ ad diem hanc super placabili altari tuo: vt tu omnia pariter incendas et comburas igne caritatis tue: et deleas vniuersas maculas peccatorū meorum et cōscientiā meā a omni delicto emūdes ⁊ restituas michi gratiā tuam quā peccando amisi oīa michi plene indulgendo ⁊ in osculum pacis me misericorditer assumendo. Quid possum agere ꝓ peccatis meis/ nisi humiliter ea cōfitendo ⁊ lamentando et tuam propiciationē incessanter deprecando? Deprecor te exaudi me propicius vbi asto corā te deus meus. Oīa peccata mea michi maxime displicent. Nolo ea vnqꝫ

amplius perpetrare sed pro eis doleo ⁊ dolebo q̄diu
vixero: paratus penitentiā agere ⁊ ꝑ posse satisfacere
Dimitte michi deus dimitte michi peccata mea pro
pter nomē sanctū tuū salua animā meā quā precioso
sanguine redemisti. Ecce cōmitto me misericordie tue
resigna me in manibus tuis: age mecū secūdū boni=
tatē tuā nō s̄m meā maliciā ⁊ iniquitatē. Offero etiā
tibi oīa bona mea: q̄uis valde pauca et imꝑfecta vt
tu ea emēdes ⁊ sanctifices: vt ea grata habeas ⁊ acce
pta tibi facias et semꝑ ad meliora trahas necnon ad
beatū et laudabilem finē me pigrū ⁊ inutilē homun=
tionē ꝑducas. Offero quoq̄ tibi oīa desideria deuoto
rum necessitates parentū amicorum fratrū sororum
oīmq̄ carorū meorū ⁊ eorū qui michi vel aliis ꝓpter
amorē tuū bñfecerunt: et q̄ orōnes ⁊ missas ꝓ se suisq̄
oībus dici a me desiderauerūt et petierūt siue in car=
ne adhuc viuant siue iā seculo defuncti sint vt oēs si=
bi auxiliū gratie tue opē cōsolationis ꝓtectionē a pe=
riculis liberationē a penis aduenire sentiāt: ⁊ vt ab oī
bus malis erepti grās tibi magnificas leti ꝑsoluant
Offero etiā tibi preces et hostias placationis pro illis
specialiter qui me in aliquo leserūt: cōtristauerūt aut
vituperauerūt vel aliquod dānū vel grauamē intule
runt. ꝑ his quoq̄ oībus quos aliqñ cōtristaui cōturba
ui grauaui ⁊ scādalizaui verbis factis scienter ⁊ igno
ranter vt nobis oībus pariter indulgeas pctā nr̄a et
mutuas offensiones. Aufer dñe a cordibus nr̄is oēm
suspitionē/indignationē/irā/⁊ disceptationē ⁊ quicq̄d
pōt caritatē ledere ⁊ fraternā dilectionē minuere. Mi
serere miserere dñe miam tuā poscētibus: da gratiā

indigentibus ꝛ fac nos tales existere vt simus digni grã tua pfruiet ad vitã ꝓficiam⁹ eternam. Amē.

¶ Qđ sacra cōio de facili nō est r̄elinquēda. Ca.x.

Requēter recurrendū est ad fontem gratie et diuine misericordie: ad fontē bonitatis et totius puritatis quatenus a passionib⁹ tuis et vitijs curari valeas: ꝛ ɔtra vniuersas tentationes et fallacias diaboli fortior atq; vigilantior effici merearis. Inimicus sciēs fructū et remediū maximū in sacra cōmunione positū omni modo et occasione nitit̄ fideles et deuotos q̄tū preualet retrahere et impedire. Cū enim quidā sacre cōmunioni se aptare dispo nunt peiores sathane īmissiones patiunt̄. Ipse enim neq̄ spūs (vt in iob scribitur) venit inter filios dei vt solita eius nequicia perturbet: aut timidos nimium reddat et perplexos quaten⁹ affectū eoꝝ minuat vel fidē impugnando auferat si forte aut oīno cōionem relinquant aut cū tēpore accedant. Sed nō est quicq̄ curandū de versutijs et fantasijs illius quantūlibet turpibus ꝛ horridis: sed cuncta fantasmata in caput eius sunt torquenda. Contēnendus est miser et deridendus: nec propter insultus eius et commotiones quas suscitat sacra est omittenda communio. Sepe etiā īpedit nimia solicitudo ꝓ deuotiōe habēda ꝛ anxietates q̄dam de cōfessione faciēda. Age secūdū ɔsiliū sapientiū et depone anxietatē ꝛ scrupulū: qꝛ gratiam dei impedit et deuotionē mētis destruit. Propter aliquā paruā tribulationē vel grauitatē sacrā ne dimittas cōionē: sed vade citius cōfiteri et oēs offensiones alijs libenter indulge. Si vero tu aliquem offendi-

sti veniā humiliter precare ⁊ deus libēter indulgebit tibi. Quid pdest diu tardare ɔfessionē aut sacrā differre coionē? Expurga te cuȝ primis. expue velociter venenū. festina accipere remediū ⁊ senties melius ꝙ si diu distuleris. Si hodie propter istud dimittis cras forsitā illud magis eueniet ⁊ sic diu posses a ɔmunione impediri et magis ineptus fieri. Quāto ergo citius vales: a presenti grauitate et inertia te excutias. quia nichil importat diu anxiari diu cū tribulatione transire ⁊ ob quotidiana obstacula se a diuinis sequestrare immo plurimū nocet diu cōionē ꝑcelare: nā ⁊ grauē torporē consueuit inducere. Prothdolor quidā tepidi ⁊ dissoluti moras cōfitendi libēter accipiunt ⁊ cōmunionem sacrā idcirco differre cupiunt ne ad maiorē sui custodiam se dare teneantur. Heu ꝙ modicā caritatē ⁊ debilem deuotionē habēt qui sacrā cōmunionē taȝ faciliter postponūt. ꝙ felix ille et deo acceptus habet qui sic viuit et tali puritate cōscientiam suā custodit/ vt et omni die cōicari paratus ⁊ bene affectatus esset si ei liceret ⁊ sine nota agere posset. Si quis interdum abstinet humilitatis gratia aut legitima impediente causa/ laudandus est de reuerentia. Si autem torpor obrepserit/ seipsum excitare debet ⁊ facere quod in se est/ et dominus aderit desiderio suo pro bona volūtate quā specialiter respicit. Cum vero legitime prepeditus est habebit semꝑ bonā volūtatem ⁊ piam intentionē cōmunicādi ⁊ sic nō carebit fructu sacramenti. Potest enī quilibet deuotus omni die ⁊ omni hora ad spūalem christi cōmunionem salubriter ⁊ sine prohibitiōe accedere ⁊ tamē certis diebus ⁊ statuto tēpore

corpus sui redemptoris cū affectuosa reuerētia sacramentaliter debet suscipere ⁊ magis laudem dei ⁊ honorē pretendere ꝙ suā cōsolationē q̄rere. Nā totiens mystice cōicat ⁊ inuisibiliter reficit quotiēs incarnationis xp̄i mysteriū passionēq₃ deuote recolit ⁊ ī amore eius accenditur. Qui aliter se nō preparat nisi instante festo vel consuetudine compellente sepius imparatus erit. Beatus qui se dño in olocaustuȝ offert quotiens celebrat aut cōmunicat Nō sis in celebrādo nimis prolixus aut festinus sed serua bonū cōmunē modū cum quibus viuis. Nō debes alijs generare molestiam ⁊ tediū sed cōmunem serua viā secūdum maiorum institutionē ⁊ potius aliorum seruire vtilitati ꝙ proprie deuotioni vel affectui.

¶ Quod corpus christi et sacra scriptura maxime sūt anime fideli necessaria. Capitulum .ij.

